radix. A. propr.: erat summa inopia pabuli, adeo ut foliis ex arboribus strictis et teneris ⟨tenera *a*⟩ harundinum ⟨arundinum *Db.*⟩ radicibus contusis equos alerent: 3, 58, 3; — est etiam ⟨c⟩ genus radicis inuentum ab iis ⟨c⟩, qui † fuerant ualeribus, quod appellatur chara, quod admixtum lacte ⟨c⟩ multum inopiam leuabat. id ad similitudinem panis *effingebant. eius erat magna copia. ex hoc effectos panes, cum in conloquiis Pompeiani famem nostris obiectarent, uulgo in eos iaciebant, ut spem eorum minuerent: 3, 48, 1. 2; ¶ omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt arbores: VI 27, 4.

B. trsl.; a) radices collis: cuius collis radices duo duabus ex partibus flumina subluebant: VII 69, 2; → Vercingetorix ab radicibus collis suos intra munitiones reduxit: VII 51, 4.

b) radices montis *u.* **mons D.** *p. 634 sq. (6 loc.).*

rado: capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum ⟨et labr. *del. Hartz*⟩ superius: V 14, 3.

raeda. *In codd. αaf* I 51, 2 *scriptum est* redis, *in hl* rhedis; VI 30, 2 redis *est in Q,* rhedis *in A*β, rhaedis *in BM. Cf. Fleckeisen, Funfzig Artikel z. l. R. p. 26 (et Glück p. 143 —147).*

magnae fuit fortunae omni militari instrumento, quod circum se habebat, erepto, raedis equisque comprehensis ipsum effugere mortem: VI 30, 2; ¶ omnemque aciem suam raedis et carris circumdederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur. eo mulieres imposuerunt: I 51, 2; ¶ ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est, propterea quod... non nulli inter carros raedasque ⟨*Meiser;* rotasque *X; edd.*⟩ mataras ac tragulas subiciebant nostrosque uulnerabant: I 26, 3.

ῥᾳθυμότερα: quomodonam, mi frater, de nostris uersibus Caesar? nam primum librum se legisse scripsit ad me ante, et prima sic, ut neget se ne Graeca quidem meliora legisse; reliqua ad quendam locum ῥᾳθυμότερα: hoc enim utitur uerbo: *Cic. ad Q. fr.* II 15 (16), 5.

ramus: Neruii antiquitus . . ., quo facilius finitimorum equitatum, si praedandi causa ad eos uenissent, impedirent, teneris arboribus incisis atque inflexis crebrisque ⟨infl. crebris-

que *om.* α; *Fr.*, *Dt.*[1]⟩ in latitudinem ramis enatis ⟨*om.* β; *Scal.*⟩ et rubis sentibusque interiectis effecerant, ut instar muri hae saepes munimentum ⟨*c*⟩ praeberent: II 17, 4; — ab eius (cornus) summo sicut ⟨se ut *R. Steph.*⟩ palmae ramique ⟨rami quam β; que *om. Aim.*, *del. Hartung*⟩ late diffunduntur ⟨diffundunt β; *R. Steph.*⟩: VI 26, 2; ¶ truncis arborum aut ⟨*del. Np.; Dt.*⟩ admodum firmis ramis abscisis atque horum delibratis ac praeacutis cacuminibus perpetuae fossae quinos pedes altae ducebantur. huc illi stipites demissi ⟨*c*⟩ et ab infimo reuincti, ne reuelli possent, ab ramis eminebant: VII 73, 2. 3.

rapiditas: ut ... pedites .. tantum modo umeris ac summo pectore exstarent ⟨*b; extare x; Np., Db.*⟩ et ⟨*om. b*⟩ cum altitudine aquae tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur ⟨*O;* non impedir. *x*⟩: 1, 62, 2; ¶ etsi summa difficultas faciendi ⟨*c*⟩ pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis: IV 17, 2.

rapid(issim)us: erat difficile eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere et tela uitare: 1, 50, 3.

rapina: Caesar ... satis habebat in praesentia hostem rapinis, pabulationibus populationibusque ⟨rapinis *del. Pramm.;* populationibus *del. Oud.;* pabul. *del. Paul*⟩ prohibere: I 15, 4.

raptim: his de causis aguntur omnia raptim ⟨*Ald.;* ruptim *x*⟩ atque turbate: 1, 5, 1.

rarus. A. attribut.: expediti: VII 80, 3 *u.* sagittarii; expeditos autem ex euocatis **cum* sagittariis funditoribusque ⟨cum s. f. *Köchly; an* sagittarios funditoresque?⟩ raros in muro turribusque disponit. hos ...: 1, 27, 5; ¶ funditores: 1, 27, 5 *u.* expediti; ¶ uacua castra hostium Caesar conspicatus tectis insignibus suorum occultatisque signis militaribus raros milites, ne ⟨β; qui α⟩ ex oppido animaduerterentur ⟨animaduerteretur β⟩, ex maioribus castris in minora traducit: VII 45, 7; ¶ summaque erat uasto atque aperto mari, magnis aestibus, raris ⟨mari magno, aestibus raris *BM*⟩ ac prope nullis portibus difficultas nauigandi: III 12, 5; ¶ Galli inter equites raros sagittarios expeditosque leuis armaturae interiecerant, qui ... succurrerent: VII 80, 3; 1, 27, 5 *u.* expediti.

B. praedicat.: postero die procul a castris hostes in collibus constiterunt rarique se ostendere ... coeperunt: V 17, 1; — accedebat huc, ut numquam conferti, sed rari magnisque interuallis proeliarentur: V 16, 4; — ipsi (hostes) ex siluis rari propugnabant: V 9, 6; — genus erat pugnae militum illorum, ut ... ordines suos non magnopere ⟨*c*⟩ seruarent, rari dispersique pugnarent: 1, 44, 1.

Rascipolis *u.* **Rhascypolis.**

(rastrum: a castris ⟨*sic* β; *Schn.;* castris α; cratis *Vrsin.; edd. plur.;* ac crates *Lips.;* e castris *P. Man.;* rastros *Glar.;* ac rastros *Steph.*⟩ longurios, musculos ⟨*c*⟩, falces, reliquaque, quae ⟨*c*⟩ eruptionis causa parauerat ⟨*c*⟩, profert: VII 84, 1.**)**

ratio. A. propr. (= computatio, λογισμός); a) abstr.: tabulae repertae sunt ..., quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset: I 29, 1; — huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque seruantur: VI 19, 2; uno die VI proeliis factis, ... cum horum omnium ratio haberetur ⟨iniretur *Ciacc.*⟩, ad duo ⟨*c*⟩ milia ⟨*CC*⟩ numero ex Pompeianis cecidisse reperiebamus: 3, 53, 1; ratione inita frumentum ⟨*o*⟩ se ⟨*o*⟩ exigue dierum XXX habere ⟨*o*⟩, sed paulo etiam longius tolerari ⟨*c*⟩ posse parcendo: VII 71, 4.

b) concr. (= tabulae, quibus ratio continetur): relatis ad eum publicis cum fide rationibus quod penes eum est pecuniae tradit et quid ubique habeat frumenti et ⟨*c*⟩ nauium ostendit: 2, 20, 8; ¶ ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent et item separatim pueri, senes mulieresque. quarum omnium † rerum ⟨*K; edd.;* rationum *Paul; u. CC*⟩ summa erat capitum Heluetiorum *milium CCLXIII: I 29, 2; ¶ neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere ⟨*o*⟩ rebus, publicis priuatisque rationibus (rationibus *idem h. l. esse quod* negotiis *Herzog aliique interpretes censent*), Graecis litteris ⟨*o*⟩ utantur: VI 14, 3.

B. trsl.; a) = prudentia et quicquid prudentiae documentum est uel prudenter agitur; α) = prudentia, scientia: sic neque agri cultura nec ratio atque usus belli intermittitur: IV 1, 6; ¶ summum esse Vercingetorigem ducem, nec de eius fide dubitandum nec maiore ratione bellum administrari posse: VII 21, 1; — Pompeius suis praedixerat, ut ⟨*c*⟩ Caesaris impetum exciperent neue ⟨*c*⟩ se loco mouerent. ... quod nobis quidem nulla ratione factum a Pompeio uidetur ⟨*c*⟩: 3, 92, 3; — etsi quantum ratione prouideri poterat ab nostris occurrebatur: VII 16, 3; — diuturnitate belli defati-

gatis Gallis Ariouistum . . . dispersos subito adortum magis ratione et consilio quam uirtute uicisse: I 40, 8.

β) = **consilium; αα) praed.**: ratio autem haec ⟨enim haec *bf;* haec enim *a*⟩ erat belli, ut se cum II legionibus Gades conferret, naues frumentumque omne ibi contineret: 2, 18, 6.

ββ) **obl.**: petunt a Vercingetorige Haedui, ut ad se ueniat rationesque belli gerendi communicet: VII 63, 4; ¶ commutata ratione belli, quoniam propositum non tenuerat, castra ⟨*o*⟩ iuxta Pompeium *muniri iussit: 3, 65, 4; Caesar a ⟨*c*⟩ superioribus consiliis depulsus omnem sibi commutandam belli rationem existimauit: 3, 73, 1; ¶ reuertantur, ut rursus communicato consilio exploratisque hostium rationibus aliud initium ⟨*o*⟩ belli capere possint ⟨*c*⟩: VI 33, 5; ¶ ut quo primum occurreretur ⟨*c*⟩ aut cui rei ferretur auxilium uix ratio iniri posset: VII 24, 4; ¶ in praesentia Pompei sequendi rationem omittit, in Hispaniam proficisci constituit: 1, 30, 1.

γγ) **dat.**: cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuisset, hac ⟨ac *X*⟩ ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse: I 40, 9.

δδ) **abl.**: I 40, 9 *u.* γγ); his rationibus auxilia Galliae exspectare et bellum parat administrare ⟨adm. par. β⟩: VII 71, 9.

γ) = **causa**: ad eam sententiam cum reliquis causis haec quoque ratio eos deduxit, quod . . . cognouerant: II 10, 5; ¶ sed rationem consilii mei accipite, quo firmiore animo . . . prodeatis: 3, 86, 2; ¶ totius autem rei consilium his rationibus explicabat, ut, si Pompeius eodem contenderet, abductum illum a mari . . . pari condicione belli secum decertare cogeret; si in Italiam transiret ⟨*c*⟩, coniuncto exercitu cum Domitio . . . Italiae subsidio proficisceretur; si Apolloniam Oricumque oppugnare . . . conaretur, obsesso Scipione necessario illum suis auxilium ferre cogeret: 3, 78, 3. 4; — id ea maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Heluetii discesserant, uacare: I 28, 4; — (cum superioris etiam ordinis ⟨superiores . . . ordines *mauult Oud.*⟩ non nulli oratione ⟨*recc.;* ratione *x; edd.*⟩ permoti manendum eo loco et rem proelio committendam existimarent: 3, 74, 2.)

δ) = **modus, ars,** τρόπος; **αα) subi.**: exitus . . . portus impedire instituit. quorum operum haec erat ratio: 1, 25, 4; erat noua et inusitata belli ratio cum tot castellorum numero tantoque spatio et tantis munitionibus et toto obsidionis genere, tum etiam reliquis rebus: 3, 47, 1; ¶ sed ratio ordoque agminis aliter se habebat ac Belgae ad Neruios detulerant: II 19, 1; (equestris autem proelii ratio et cedentibus et insequentibus par atque idem periculum inferebat ⟨equestr. . . . inferebat *del. Tittler*⟩: V 16, 3;) ¶ haec tum ratio nostros perturbauit ⟨-babat *Ciacc.*⟩ insuetos huius generis pugnae: 1, 44, 4; ¶ postulare *u.* **postulo B. d)** *p. 1153 sq.* (II 22, 1; IV 23, 5; VI 34, 6).

ββ) **praedicat.**: haec noua sit ratio uincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

γγ) **obi.**: ibi aduentum exspectare Pompei eoque omnem belli rationem conferre constituit: 3, 81, 3; ¶ quod ad indutias pertineret, sic belli rationem esse diuisam, ut illi classe ⟨*c*⟩ naues auxiliaque sua impedirent, ipse ut aqua terraque eos prohiberet: 3, 17, 3; ¶ neque satis Bruto uel tribunis militum centurionibusque . . . constabat, quid agerent aut quam rationem pugnae insisterent ⟨instituerent *Ciacc.*⟩: III 14, 3; ¶ instituere *u.* **instituo** *p. 188* **B)** *(5 (6) loc.);* ¶ nulla ratione ad pugnam elici posse Pompeium existimans hanc sibi commodissimam belli rationem iudicauit, uti castra ex eo loco moueret semperque esset in itineribus: 3, 85, 2; ¶ celeriter adulescentibus et oratione magistratus et praemio deductis . . . ratio perficiendi quaerebatur: VII 37, 6; ¶ in nouo genere belli nouae ab utrisque bellandi ⟨*del. Paul*⟩ rationes reperiebantur: 3, 50, 1; ¶ relinquebatur, ut extremam rationem belli sequens quam plurimos colles occuparet et . . .: 3, 44, 2.

δδ) **abl.**: alia ratione *u.* **alius** *p. 232 (4 loc.);* ¶ eadem ratione qua pridie ab nostris ⟨a nostr. ead. r. q. pr. β⟩ resistitur: V 40, 4; eadem ratione ictu scorpionis ⟨*c*⟩ exanimato altero ⟨*c*⟩ successit tertius et tertio quartus: VII 25, 3; eadem ratione priuatim ac publice quibusdam ⟨*c*⟩ ciuitatibus habitis honoribus Tarracone discedit: 2, 21, 5; D. Laelius cum classe ad Brundisium uenit eademque ratione, qua factum a Libone antea demonstrauimus, insulam obiectam portui Brundisino tenuit. similiter . . .: 3, 100, 1; ¶ id hac ratione perfectum est: 2, 8, 3; cogebantur . . . pabulum supportare, quodque ⟨*c*⟩ erat eius rei minor copia, hordeo adaugere atque his rationibus equitatum tolerare: 3, 58, 4; ¶ nota atque instituta ratione magno militum studio paucis diebus opus ⟨*o*⟩ efficitur: VI 9, 4; ¶ nulla ratione *u.* **nullus** *p. 844*

(4 loc.); ¶ quod fuit illis conandum atque omni ratione efficiendum : 1, 65, 5; qua re omni ratione esse interdiu perrumpendum: 1, 67, 5; — seseque paratos esse *demonstrent omnibus rationibus ⟨*om.* β⟩ de iniuriis satis facere: V 1, 7; tametsi magnopere admirabatur Magium, quem ad Pompeium cum mandatis miserat, ad se non remitti . . ., tamen omnibus rebus ⟨rationibus *Ciacc.*⟩ in eo perseuerandum putabat: 1, 26, 2; ¶ adplicatisque nostris ad terram nauibus [propter eundem timorem] pari atque antea ratione [egerunt. Cassius] secundum nactus uentum . . . naues . . . immisit: 3, 101, 5; ¶ eadem ratione, qua: V 40, 4 *et* 3, 100, 1 *u. s.* eadem; — qua ratione, quibus rationibus *(interrog.) u. p. 1549 (3 loc.)*; ¶ simili ratione ⟨oratione *Paul*⟩ ibi Vercingetorix . . . conuocatis suis clientibus facile incendit ⟨facere intendit β⟩: VII 4, 1; hortatur, ut simili ratione atque ipse fecerit suas iniurias persequantur: VII 38, 10; confecto iusto itinere eius diei . . . Caesar . . . ueteribus suis in ⟨*c*⟩ castris contra Asparagium consedit. . . . simili ratione Pompeius confecto eius diei itinere in suis ueteribus castris ad Asparagium consedit: 3, 76, 2.

εε) **c. praep.**: noua religio iuris iurandi . . . mentes . . militum conuertit et rem ad pristinam belli rationem redegit: 1, 76, 5.

his rebus tantum fiduciae ac spiritus Pompeianis accessit, ut non de ratione belli cogitarent, sed uicisse iam sibi ⟨*c*⟩ uiderentur: 3, 72, 1.

b) = condicio, rerum status: in Gallia non solum in omnibus ciuitatibus atque in omnibus pagis . . ., sed paene etiam in ⟨*c*⟩ singulis domibus factiones sunt. . . . haec eadem ratio est in summa totius Galliae: namque omnes ciuitates in ⟨*o*⟩ partes ⟨*o*⟩ diuisae sunt duas ⟨*o*⟩: VI 11, (2.) 5.

c) = εὔθυνα, Rechenschaft (Rechtfertigung, purgatio); compte: (percepta ⟨accepta β⟩ oratione ⟨ratione β⟩ eorum Caesar obsides imperat: V 1, 8;) ¶ si grauius quid acciderit, abs te rationem reposcent: V 30, 2.

d) = cura, respectus: rationem habere *u.* **habeo** *p. 1405 (11 loc.)*.

Ratione et consilio: I 40, 8; — causa . . . ratio: II 10, 5; (— ratio . . ordo: II 19, 1; 22, 1; ratio et consuetudo: VI 34, 6.)

Adiect.: alia *u.* **alius** *p. 232 (4 loc.)*; commodissima: 3, 85, 2; extrema: 3, 44, 2; (instituta: VI 9, 4; 34, 6;) inusitata: 3, 47, 1; maior: VII 21, 1; nota: VI 9, 4; noua: 3, 47, 1; *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; nouae: 3, 50, 1; nulla *u.* **nullus** *p. 844 (5 loc.)*; omnis: 1, 65, 5; 67, 5; 3, (17, 6;) 73, 1; 81, 3; omnes: (*I 29, 2;) V 1, 7 ⟨*c*⟩; (*1, 26, 2;) par: 3, 101, 5; pristina: 1, 76, 5; priuatae: VI 14, 3; publicae: VI 14, 3; 2, 20, 8; similis: VII 4, 1; 38, 10; 1, 42, 1; 3, 76, 2.

ratis. A. obi.: longius progressus, cum agger altiore aqua contineri non posset, rates duplices quoque ⟨*c*⟩ uersus pedum XXX e regione molis conlocabat. § 7. has quaternis ancoris ex IIII angulis destinabat ⟨*rec.*; distinabat *Ox*⟩, ne fluctibus mouerentur. § 8. his perfectis conlocatisque alias deinceps pari magnitudine rates iungebat. § 9. has terra atque aggere integebat, *ne* aditus atque incursus ad defendendum impediretur; a fronte atque ab utroque latere cratibus ac pluteis protegebat); § 10. in quarta quaque earum turres binorum tabulatorum excitabat, quo commodius ab impetu nauium incendiisque defenderet ⟨*uerba* has . . . impediretur *(§ 9) EHoffm. transponit post* conlocabat *(§ 6)*; *post* impediretur *conlocandam censet § 8* (his perfectis . . . iungebat); *tum sequi uult § 7* (has . . . mouerentur); *tum § 9 et 10* (a fronte . . . defenderet)⟩: 1, 25, 6—10; ¶ defendere: 1, 25, 10 *u.* conlocare; ¶ destinare: 1, 25, 7 *ib.*; ¶ (disturbare: 1, 26, 1 *u.* perrumpere;) ¶ Heluetii ea spe deiecti nauibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii uadis Rhodani . . . si perrumpere possent conati . . . telis repulsi hoc conatu destiterunt: I 8, 4; ¶ integere: 1, 25, 9 *u.* conlocare; ¶ iungere: 1, 25, 8 *ib.*; ¶ mouere: 1, 25, 7 *ib.*; ¶ perficere: 1, 25, 8 *ib.*; ¶ turres . . . ad opera Caesaris appellebat, ut rates perrumperet atque opera ⟨*del. Paul*⟩ disturbaret: 1, 26, 1; ¶ protegere: 1, 25, 9 *u.* conlocare.

B. gen.: 1, 25, 10 *u.* **A.** conlocare.

C. abl.: id (flumen) Heluetii ratibus ac lintribus iunctis transibant: I 12, 1; transeunt Rhenum nauibus ratibusque triginta milibus passuum infra eum locum: VI 35, 6.

D. c. praep.: 1, 25, 10 *u.* **A.** conlocare.

ratus: militibus in contione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna ⟨*Glar.*; XL *z*⟩ in singulos iugera et pro rata parte centurionibus euocatisque: 1, 17, 4.

Raucillus *u.* **Roucillus.**

Rauenna: is (Caesar) eo tempore erat Rauennae exspectabatque suis lenissimis ⟨*c*⟩ postulatis responsa: 1, 5, 5.

Rauraci (Raurici). I 5, 4 *et* VII 75, 3 *in X est* rauracis; VI 25, 2 rauracorum *est in* β, tauriacorum *in* α; I 29, 2 rauracorum *uidetur exstare in X. Glück p. 141—43* Raurici

scribendum censet, item J. Becker, ZAW 1851 p. 450 sq.; Rauraci *defend. Heller, Phil. 17, 275;* Rauraci *etiam in Orosii codd. exstat.*

(Heluetii) persuadent Rauracis et Tulingis ⟨*c*⟩ et Latouicis ⟨*c*⟩ finitimis, uti eodem usi consilio oppidis suis uicisque exustis una cum iis ⟨*c*⟩ proficiscantur: I 5, 4; (summa erat capitum) Tulingorum *milium XXXVI, Latouicorum ⟨*c*⟩ XIIII, Rauracorum XXIII, Boiorum XXXII: I 29, 2; Rhenus ... longo spatio per fines Nantuatium ⟨*c*⟩, Heluetiorum, Sequanorum ⟨Rauricorum *W. Gisi*⟩, Mediomatricum ⟨*c*⟩, Tribocorum ⟨*c*⟩, Treuerorum citatus fertur: IV 10, 3; oritur (Hercynia silua) ab Heluetiorum et Nemetum et Rauracorum ⟨*c*⟩ finibus: VI 25, 2; imperant ... Lexouiis ⟨*CC*⟩ et Aulercis ⟨*c*⟩ Eburouicibus ⟨*c*⟩ (milia) terna ⟨*c*⟩; Rauracis et Bois bina ⟨*u. CC*⟩: VII 75, 3.

rebellio: rebellionem facere *u.* **facio** *p. 1272 (3 loc.).*

Rebilus *u.* **Caninius** *(p. 443).*

recedo: (Afranianos contra multis rebus sui timoris signa misisse: quod suis non subuenissent, quod de colle non decederent ⟨O^2; recederent O^1Nx⟩: 1, 71, 3;) ¶ tertiae cohortis centuriones ex eo quo stabant loco recesserunt suosque omnes remouerunt: V 43, 6; ¶ erant qui censerent de tertia uigilia in castra Cornelia recedendum, ut maiore spatio temporis interiecto militum mentes sanarentur: 2, 30, 3.

recens. A. propr.: in castris Pompei uidere licuit ... recentibus caespitibus tabernacula constrata: 3, 96, 1.

B. trsl.; a) = paulo ante factus: quod si ueteris contumeliae obliuisci uellet, num etiam recentium iniuriarum, quod ... uexassent, memoriam ⟨*c*⟩ deponere posse ⟨*c*⟩? I 14, 3; ¶ quos (Haeduos et Remos) praecipuo semper honore Caesar habuit, alteros pro uetere ac perpetua erga populum Romanum fide, alteros pro recentibus Gallici belli officiis: V 54, 4; ¶ hi modo digressi ⟨*c*⟩ *a* Massiliensibus recentem eorum ⟨*Oh²l²*; eodem *x*⟩ pollicitationem animis continebant: 1, 57, 4; ¶ equitatumque, quod recenti proelio perterritum esse existimabat, agmen subsequi iussit: IV 13, 6; ¶ Caesarem uel auctoritate sua atque exercitus uel recenti uictoria uel nomine populi Romani deterrere posse, ne: I 31, 16; ueritus, ne ⟨*c*⟩ ... hostium impetum sustinere non ⟨*c*⟩ posset, praesertim quos recenti uictoria efferri sciret: V 47, 4.

b) = integer, nondum fatigatus; α) adiect.: ibi ⟨inde β⟩ nactus ⟨*c*⟩ recentem equitatum, quem ... eo praemiserat, neque diurno neque nocturno itinere intermisso ... in Lingones contendit: VII 9, 4; ¶ cum ... semper .. hostibus spes uictoriae redintegraretur, ... semperque ipsi ⟨illi *A*⟩ recentes defessis succederent: VII 25, 1.

β) ui subst.: accedebat, ut ... alios alii ⟨*c*⟩ deinceps exciperent integrique et recentes defetigatis ⟨*c*⟩ succederent: V 16, 4; ita cum recentes atque integri defessis successissent, ... sustinere Pompeiani non potuerunt: 3, 94, 2; ¶ et cursu et spatio pugnae defatigati ⟨*c*⟩ non facile recentes atque integros sustinebant: VII 48, 4.

recenseo: coactis equitum milibus ⟨*c*⟩ VIII et peditum circiter CCL ⟨*c*⟩ haec in Haeduorum finibus recensebantur, numerusque inibatur: VII 76, 3.

receptaculum: oppida incendi oportere, quae non ... ab omni sint periculo tuta, ne ⟨*c*⟩ suis sint ad detrectandam militiam receptacula, neu: VII 14, 9; ¶ magno sibi esse praesidio posse, si ibi ⟨*om. Ohl*⟩ pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent: 2, 8, 1.

receptus. A. propr. = ἀναχώρησις; **a) subi.:** hac nostris erat receptus: 1, 45, 6; Caesar ... (suos) recipere se iussit. ... erat per decliue receptus ⟨receptum *NOx*⟩. illi autem hoc acrius instabant neque regredi nostros patiebantur: 3, 45, 4 (5).

b) obi.: quique hos sequebantur celerem eorum receptum conspicati restiterunt: 3, 38, 3; ¶ receptum dare *u.* **do** *p. 943 sq. (4 loc.);* ¶ aurigae ... ita currus ⟨*c*⟩ conlocant, ut, si illi a multitudine hostium premantur, expeditum ad suos receptum habeant: IV 33, 2; non longe a castris progressi spatio, ut celerem receptum haberent, *angustiore pabulabantur ⟨*c*⟩: 1, 59, 2; ¶ hominum ⟨horum *edd. uett.*⟩ enim multitudine receptus impediebatur: 3, 64, 2.

c) dat.: consecutus id, quod animo proposuerat, Caesar receptui cani ⟨canere β⟩ iussit: VII 47, 1; ¶ Caesar receptui suorum timens crates ... contra hostem proferri ... iussit: 3, 46, 1; equitatus Caesaris, quod angusto itinere per aggeres ascendebat, receptui suo timens initium fugae faciebat: 3, 69, 2.

d) abl.: sinistro cornu milites ... ueriti, ne ... intercluderentur, ... eodem quo uenerant receptu ⟨*Vascos.*; receptui *x*; impetu *Wölffel*⟩ sibi consulebant: 3, 69, 4.

e) c. praep.: Pompeianis magnam ⟨*c*⟩ res ad receptum difficultatem adferebat: 3, 51, 6.

B. = *καταφυγή, ἄσυλον*: fugitiuis omnibus nostris certus erat Alexandriae receptus certaque uitae condicio, ut . . . militum essent ⟨*c*⟩ numero: 3, 110, 4; ¶ ne ad eos Ambiorix receptum ⟨ambiorix rec. ad eos β⟩ haberet: VI 9, 2; habere se quoque ad Caesaris ⟨*del. Th. Momms.*⟩ gratiam atque amicitiam receptum ⟨recepturum *af; respectum Hell.*⟩: 1, 1, 3.

recessus: ut se sub ipso uallo constipauerant recessumque primis ultimi non dabant: V 43, 5.

recido: etsi opinione trium legionum deiectus ad duas reciderat ⟨*Pluyg.*; redierat *X; edd.*⟩: V 48, 1; posse hunc casum ad ipsos recidere ⟨recipere *A*; recedere B^1; hunc cas. ad i. rec. posse β⟩ demonstrant: VII 1, 4.

recipero *u.* **recupero.**

recipio. 1. uis particulae inseparabilis re(d) aperte cognoscitur; A. = **recuperare; a) propr.**: legationem ad P. Crassum mittunt, si uelit suos recipere ⟨recuperare β; *om. A*⟩, obsides sibi ⟨*c*⟩ remittat: III 8, 5.

b) trsl. se recipere = **se reficere, se recreare, animum recipere** *u.* **ex** *p. 1180 (3 loc.).*

B. = **reducere, remouere, retrahere; a) copias; α) non additur, quo recipiantur**: centuriones . . . gladiis destrictis portas occupauerunt suosque omnes incolumes receperunt: VII 12, 6; — ut submissis in eundem locum cohortibus defessos reciperet: 1, 45, 8.

β) additur, quo recipiantur: Pompeius, ubi nihil profici equitatu cognouit, paucis intermissis diebus rursum ⟨rursus *O*⟩ eum nauibus ad se intra munitiones recipit ⟨recepit *h*⟩: 3, 58, 2; (qui . . . processerant . . ad se r.: 1, 54, 5 *u.* **2. A. a) β) γγ**);) ¶ copias omnes, quas pro oppido conlocauerat, in oppidum recipit ⟨a^1f, *h corr., l; Fr.*; recepit *α; rell. edd.*⟩: VII 71, 8.

b) se recipere (= **recedere, pedem referre, redire**); **α) propr.; αα) non additur, quo aut unde aut quo itinere**: ut qui sub uallo ⟨*c*⟩ tenderent mercatores recipiendi sui facultatem non haberent: VI 37, 2; — multis interfectis, compluribus equis captis Germani sese recipiunt: VII 70, 7; — si propter inopiam rei frumentariae Romani sese ⟨se β⟩ recipere coepissent, impeditos . . . adoriri cogitabant: III 24, 3; — idoneis locis funditores instruxit, ut praesidio nostris se recipientibus essent: 3, 46, 2; nostri uero, qui satis habebant sine detrimento discedere, compluribus interfectis V omnino suorum amissis quietissime se ⟨se *om.* O^1ahl; se quietissime *N; Db.*⟩ receperunt: 3, 46, 6; — ne saucio quidem eius loci, ubi constiterat, relinquendi ac sui recipiendi facultas dabatur: III 4, 4; — Caesar, cum suos ex omnibus partibus uulnerari uideret, recipere se iussit et loco excedere: 3, 45, 4.

ββ) additur 𝔄) quo quis se recipiat; a) ad: Galli . . . in fugam coniecti multis amissis se ad agmen receperunt ⟨recip. B^1M^1⟩: VII 13, 2; qui (equites expeditique antesignani) tantum profecerunt, ut . . . complures . . interficerent ipsique ⟨que *om. h*⟩ incolumes se ⟨sese *f*⟩ ad agmen reciperent: 3, 75, 5; — equosque eodem remanere uestigio (Suebi) adsuefecerunt ⟨*c*⟩, ad quos se celeriter, cum usus est ⟨*c*⟩, recipiunt: IV 2, 3; — Suebos omnes . . . cum omnibus suis sociorumque copiis . . . penitus ad extremos fines se recepisse: VI 10, 4; — proinde abite, dum est facultas, uosque ad legionem recipite: VII 50, 6; — hostem insolenter atque acriter nostros insequentem supprimit rursusque terga uertere seque ad oppidum Ilerdam recipere et sub muro consistere cogit: 1, 45, 1; — Numidae . . . impetum nostrorum effugiebant rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant et ab acie excludebant: 2, 41, 6; — ad eos (pedites) se equites recipiebant: I 48, 6; — rursus se ad signa recipientes (Romanos) insequantur: V 34, 4; (nostri) submissis subsidiis terga uertere seque ad signa legionum recipere coguntur: 1, 43, 5; — — item Allobroges . . . ⟨ex *add. RSchn.*⟩ fuga se ad Caesarem recipiunt: I 11, 5; Q. ⟨*c*⟩ Titurius et L. Cotta legati . . . omnibus eorum agris uastatis . . . se ad Caesarem ⟨ad caes. se β⟩ receperunt: IV 38, 3; Clodius . . . ad conloquium non admittitur . . . infectaque re sese ad Caesarem recepit: 3, 57, 5; — — ueteranae legionis milites . . . non nullis eorum interfectis incolumes se ad nostros receperunt: 3, 28, 6; — Caesar loquendi finem fecit ⟨*c*⟩ seque ad suos recepit ⟨recipit *A*⟩: I 46, 2; (Galli) multis undique uulneribus acceptis nulla munitione perrupta . . . ueriti, ne ab latere aperto . . . eruptione circumuenirentur, se ad suos receperunt: VII 82, 2; qui (equites) . . . ex fremitu equorum inlata suspicione ad suos se recipere coeperunt, quique hos sequebantur celerem eorum receptum conspicati restiterunt: 3, 38, 3; (nostri . . . duas nacti turmas exceperunt, quarum perpauci fuga se ad suos receperunt ⟨quarum perp. f. se ad s. rec. *add. Freudenberg; Db.; om. codd.; Np.*⟩: 3, 38, 4;) intra ⟨*c*⟩ multitudinem sagittas coiciebant et se confestim ad suos recipiebant: 3, 50, 1; Germani . . . com-

pluribus interfectis sese ad suos incolumes receperunt: 3, 52, 2.

b) in *u.* **in** *p. 97 sq. (30 loc.).*

c) intra: (hos montes intrare cupiebant ⟨*Np.*; h. m. intra se recipiebant *codd.*; intrasse cupiebant *EHoffm.*; hos intra montes se recipiebant *Ald.*⟩, ut equitatum effugerent Caesaris: 1, 65, 4;**)** — (milites) omnibus hostium copiis fusis armisque exutis se in castra munitionesque ⟨se intra munitiones β⟩ suas recipiunt: III 6, 3; ambo incolumes compluribus interfectis summa cum laude sese intra munitiones ⟨intra mun. se β⟩ recipiunt: V 44, 13.

d) sub: illi (hostes) sub murum se recipiunt ibique musculum . . . libere incendunt: 2, 14, 4.

e) trans: Germani desperata expugnatione castrorum . . . cum ea praeda, quam in siluis deposuerant, trans Rhenum sese receperunt: VI 41, 1.

f) uersus: Pompeiani . . . relicto monte uniuersi † iuris ⟨iugis *Wassius*; *edd.*⟩ eius ⟨eis *Clark.*; *Db.*⟩ Larisam uersus se ⟨*recc.*; *om.* *x*⟩ recipere coeperunt: 3, 97, 2.

g) eo; quo: tandem (Galli) uulneribus defessi et pedem referre et, quod mons † suberat circiter mille passuum, eo se recipere coeperunt, I 25, 5; (nostri) in castellum . . . inruperunt, ⟨et *add. O*; *edd.*⟩ quod eo ⟨quo (*pro* quod eo) *dett.*; *Voss.*⟩ pulsa ⟨pulso *l*⟩ legio sese receperat, *et ⟨*add. Paul*⟩ non nullos ibi repugnantes interfecerunt: 3, 67, 6; ¶ quo *u.* **quis (quo)** *p. 1573* **B.** *extr. (3 loc.).*

h) domum; Hadrumetum, *sim.*: Germani, qui auxilio ueniebant, percepta Treuerorum fuga sese domum ⟨domo *a*⟩ receperunt ⟨contulerunt β⟩: VI 8, 7; ¶ reliquae Caesaris naues ⟨cognita *add. RSchn.*⟩ eius fuga se Hadrumetum ⟨adrum. *af*; *edd.*⟩ receperunt: 2, 23, 4; — (legio uernacula) signa sustulit seseque Hispalim ⟨*N*; hispali *Ox*⟩ recepit atque in foro et porticibus sine maleficio consedit: 2, 20, 4.

i) in . . . ad; Dyrrachium ad; trans . . . in: cum se illi (hostium equites) identidem in siluas ad suos reciperent ac rursus ex silua ⟨*c*⟩ in nostros impetum facerent: II 19, 5; neque uero primum impetum nostrorum Numidae ferre potuerunt, sed interfectis circiter CXX reliqui se in castra ad oppidum receperunt: 2, 25, 5; his rebus gestis Curio se in castra ad Bagradam recipit ⟨recep. *O*⟩ atque . . . imperator appellatur: 2, 26, 1; ¶ Octauius desperata oppugnatione ⟨*CC*⟩ oppidi Dyrrachium sese ad Pompeium recepit ⟨*l?*; recipit *afh*⟩: 3, 9, 8; ¶ illa pars equitatus . . . post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sugambrorum receperat seque cum iis ⟨*c*⟩ coniunxerat: IV 16, 2.

B) unde; a) ex: ut . . . deletis omnibus copiis equitatum ⟨tantum *add.* β⟩ se ex fuga recepisse dicerent: VI 41, 3; quem (exercitum uictorem) turpiter se ex ⟨ex hac β; *Schn.*⟩ fuga recipientem ne qua ciuitas suis finibus recipiat a me prouisum est: VII 20, 12; — equites ex proelio perpauci se recipiunt: 2, 42, 5.

b) hinc; inde: hinc se recipere cum uellent (milites), rursus illi ex loco superiore nostros premebant: 1, 45, 3; ¶ (equites essedariique) perterritis ⟨*c*⟩ nostris per medios audacissime perruperunt seque inde incolumes receperunt: V 15, 4; si sine maximo detrimento legiones ⟨legio nona *Ciacc.*; legio *Np.*⟩ Caesaris sese recepissent ⟨-set *Ciacc.*; *Np.*⟩ inde, quo temere essent progressae ⟨esset progressa *Ciacc.*; *Np.*⟩: 3, 45, 6.

C) unde et quo: (nostri . . . incolumes perpaucis uulneratis ex tanti belli timore . . . se in castra receperunt: IV 15, 3;) qui omnes discessu Curionis multique praeterea per simulationem uulnerum ex castris in oppidum propter timorem sese recipiunt: 2, 35, 6; Caesar . . . persequendum sibi Pompeium existimauit, quascumque in partes ⟨quacumque (quācunque *a*) in parte *af*⟩ se ⟨*om.* Oh^1l^1⟩ ex fuga recepisset ⟨effugere coepisset *O*⟩: 3, 102, 1; cognoscit . . . nuntios . . dimissos ad eos, qui se ex fuga in finitimas ciuitates ⟨*b*; *om. Ox*⟩ recepisse dicerentur, ne Antiochiam adirent: 3, 102, 6; ¶ tantum efficiunt, uti . . . per temonem percurrere et in iugo insistere ⟨*c*⟩ et se inde ⟨inde se *ael*; se *om. h*⟩ in currus citissime recipere consuerint: IV 33, 3.

D) quo itinere: dextrum cornu, quod erat a sinistro seclusum, . . . ea parte, quam proruerat ⟨*Np.*; *sed* ea parte *iam Dauis.*; quam proruerat *iam Ciacc. coniec.*; ex parte qua (quam *Ohl*) proruebat *Ox*⟩, sese recipiebat: 3, 69, 3; ¶ si (Pompeiani) per decliue sese reciperent ⟨-re *a*⟩, nostros ex superiore insequentes loco uerebantur: 3, 51, 7.

E) quo itinere et quo: equitatumque per causam pabulandi emissum confestim decumana ⟨decim. *a*⟩ porta in castra se recipere iussit: 3, 76, 1; ¶ equitatuque omni fere incolumi, quod se per ⟨quod semper *al*⟩ litora celeriter in oppidum recipit ⟨recepit *l(?)*; *edd.*⟩, magnum peditum numerum inter-

ficiunt: 2,26,4; ¶ iugis .. Larisam uersus: 3,97,2 *u.* A) f).

β) **trsl.**: quem ⟨*c*⟩ ubi Caesar intellexit . . . (nullam) spem aut condicionem pacis adferre, ad reliquam cogitationem belli sese recepit: 3,17,6.

C. intr. = **se recipere**: reprehendit, quod . . . neque signo recipiendi dato ⟨dato recip. β⟩ constitissent neque a ⟨*c*⟩ tribunis militum legatisque retineri potuissent: VII 52,1; si quo erat longius prodeundum aut celerius recipiendum: I 48,7; quibus ad ⟨se *add. Ciacc.*⟩ recipiendum crates derectae ⟨*c*⟩ longuriique ⟨*c*⟩ obiecti ⟨*c*⟩ et institutae fossae magno impedimento fuerunt: 3,46,5.

D. = **denuo in suam potestatem redigere**: quos Labienus equitatu consectatus magno numero interfecto . . . paucis post diebus ciuitatem recepit ⟨recipit *Q*β⟩: VI 8,7; his rebus confectis in Haeduos proficiscitur; ciuitatem recipit ⟨recepit *h*[1]⟩: VII 90,1.

E. = **denuo excipere, restituere in patriam**: non nullos . . . in integrum restituit, qui se illi initio ⟨*c*⟩ ciuilis belli obtulerant, si sua opera in bello uti uellet. . . . statuerat enim prius hos ⟨*O*[1]*h*; hoc *rell.*⟩ iudicio populi debere restitui quam suo beneficio uideri receptos ⟨receptas *hl*⟩: 3,1,6.

2. syllaba re neque idem significat quod retro neque idem quod rursus; recipere A. = **excipere (hospitio), accipere in societatem, sibi adiungere, tueri; a) alqm; α) non additur, quo quis recipiatur**: a quibus (Sugambris) receptos ex fuga Tencteros atque Vsipetes supra docuimus: VI 35,5; hic uero nulla munitio est, quae perterritos (milites) recipiat: VI 39,2; hi (Mandubii) . . . flentes omnibus precibus orabant ⟨*c*⟩, ut (Romani) se in seruitutem receptos cibo iuuarent. at Caesar dispositis in uallo custodiis ⟨β; custodibus α; *edd.*⟩ recipi prohibebat: VII 78,(4.) 5; cunctae earum regionum praefecturae libentissimis animis eum (Caesarem) recipiunt exercitumque eius omnibus rebus iuuant: 1,15,1; Domitius nauibus Massiliam peruenit atque ab iis ⟨*h*; his *Oafl*⟩ receptus urbi praeficitur: 1,36,1; sed plerosque (milites) ii ⟨*c*⟩, qui receperant, celant: 1, 76,4; legionesque eas transduxerat Curio, quas ⟨*Aldus*; quas curio *x*⟩ superioribus temporibus Corfinio receperat Caesar: 2,28,1; tanta erat completis litoribus contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent, ut multitudine atque onere non nulli (lenunculi) deprimerentur, reliqui hoc ⟨*c*⟩ timore ⟨*c*⟩ propius adire tardarentur. quibus rebus accidit, ut pauci milites patresque ⟨*c*⟩ familiae ⟨tribunique militum *Paul*⟩, qui . . . **ad* naues adnare possent, recepti in Siciliam incolumes peruenirent: 2, 44,1; cum . . . oppidani . . etiam sua sponte Caesarem recipere conarentur: 3, 11, 4; qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat ⟨reiciebat *NOx*; recip. *b*[2]⟩: 3,27,1; conuentus ciuium Romanorum, qui Lissum obtinebant, . . . Antonium recepit ⟨*f*; recipit *ahl*⟩ omnibusque rebus iuuit: 3, 29, 1; Caluisius primo aduentu summa omnium Aetolorum receptus uoluntate . . . omni Aetolia potitus est: 3,35,1.

β) **additur, quo quis recipiatur; αα) abl.**: hostium se habiturum numero ⟨*c*⟩ confirmat, si aut Ambiorigem aut eius legatos finibus suis recepissent: VI 6,3; quem (exercitum) turpiter se ex fuga ⟨*c*⟩ recipientem ne qua ciuitas suis finibus recipiat a me prouisum est: VII 20,12; — oppido (-dis) recipere *u.* **oppidum** *p. 941 sq.* G. **a)** *(4 loc.)*; — debere (se) neutrum eorum contra alterum iuuare aut urbe aut ⟨an *al*⟩ portibus ⟨portubus *O*⟩ recipere: 1,35,5; qui cum ex fuga Pompeium sequerentur atque in insulam uenissent, oppido ac portu recepti non erant: 3,102,7; — confirmari oportere, ne tecto recipiatur, ne ad liberos, ne ad parentes, ad uxorem ⟨*c*⟩ aditum habeat, qui non bis ⟨*c*⟩ per agmen hostium perequitarit ⟨*c*⟩: VII 66,7; — urbe: 1,35,5 *u.* portibus.

ad eum (Ptolomaeum) Pompeius misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria ⟨-driam *Paul*⟩ reciperetur atque illius opibus in calamitate tegeretur: 3,103,3; cum . . . cognouissent Litauiccum Bibracte ⟨β; bibracti α; *edd.*⟩ ab Haeduis receptum: VII 55,4.

ββ) **acc.**: Alexandriam (3,103,3) *et* Bibracte (VII 55,4) *sec. Paul u.* αα) *extr.*; — domum: 2,20,5 *u.* γγ).

γγ) **ad**: Boiosque, qui . . . in agrum Noricum transierant . . ., receptos ad se socios sibi adsciscunt (Heluetii): I 5,4; ita commeatus ⟨comitatus *Ciacc.*⟩ et qui frumenti ⟨-tandi *N*⟩ causa processerant tuto ad se recipit et rem frumentariam expedire incipit: 1,54,5; quod factum adeo eius conuentus ciues Romani comprobauerunt, ut domum ad se quisque hospitio cupidissime reciperet: 2,20,5.

δδ) **in c. acc.**: tantum ab equitum suorum *auxilio aberant, . . . ut eos superioribus perterritos proeliis in medium reciperent agmen ultroque eos tuerentur: 1,79,5; — receptisque omnibus in una castra legionibus suum cum Scipione honorem partitur . . . et alterum illi

iubet praetorium tendi: 3,82,1; ¶ quibus (Bois) illi agros dederunt quosque postea in parem ⟨*Ald.*; partem *X*⟩ iuris libertatisque condicionem ⟨*a*; conditione *ah*⟩ atque ipsi erant receperunt (Haedui): I 28,5; — (Sotiates) legatos ad Crassum mittunt seque in deditionem ut recipiat petunt: III 21,3; — Caesar honoris . . . Haeduorum causa sese eos (Bellouacos) in fidem recepturum et conseruaturum dixit: II 15,1; quibus (obsidibus) adductis eos (Morinos) in fidem recepit ⟨recipit *a¹f*; quibus . . . recepit *om. h¹l*⟩: IV 22,3; — hi (Mandubii) cum ad munitiones Romanorum ⟨*c*⟩ accessissent, flentes omnibus precibus orabant ⟨*c*⟩, ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent: VII 78,4.

εε) intra: qui (Sequani) intra fines suos Ariouistum recepissent ⟨recipissent *BM*⟩: I 32,5.

b) alqd: consistit ⟨*c*⟩ agmen; impedimenta inter ⟨intra *Np.*⟩ legiones recipiuntur: VII 67,3; ¶ Mosa . . . parte quadam ex Rheno recepta, quae appellatur Vacalus, insulam[que] efficit Batauorum: IV 10,1.

B. = in deditionem alqm accipere, occupare; a): Caesar . . . cum legione una profectus ad recipiendas ulteriores ciuitates . . . erat ad Buthrotum: 3,16,1; ¶ quod eo oppido recepto ciuitatem Biturigum se in potestatem redacturum confidebat: VII 13,3; ¶ (non audistis) duos pulsos exercitus, duos superatos duces, duas receptas prouincias? 2, 32,5.

b): Curio summa omnium uoluntate Iguuium recipit: 1,12,2; recepto Firmo ⟨*x*; *Db.*; oppido *cod. Vrsini*, *l²*; Piceno *Kraff.*; Asculo *Ald.*; *Np.*, *Dt.*⟩ expulsoque ⟨recepto Firmo ex itinere pulsoque *EHoffm.*⟩ Lentulo Caesar . . . dilectum . . institui iubet: 1,16,1; recepto Caesar Orico nulla interposita mora Apolloniam proficiscitur: 3,12,1; Calenus Delphos, Thebas, [et] Orchomenum uoluntate ipsarum ciuitatium ⟨*c*⟩ recepit ⟨recip. *h¹*⟩, non nullas urbes per uim expugnauit: 3,55,3.

c): eundem (Curionem), cum Siciliam recepisset, protinus in Africam traducere exercitum iubet: 1,30,2; Aetolia, Acarnania, Amphilochis per Cassium Longinum et ⟨*c*⟩ Caluisium Sabinum, ut demonstrauimus, receptis temptandam sibi Achaiam . . . existimabat Caesar: 3,55,1; habendam fortunae gratiam, quod Italiam sine aliquo uulnere recepissent ⟨*l*; *Paul*; cepissent *afh*: *edd.*⟩: 3,73,3.

C. = admittere, aditum dare; a): interim eam partem nudari necesse erat et ab latere aperto tela recipi ⟨recipere *β*⟩: V 35,2.

b): Tarraco ⟨*c*⟩ aberat longius; quo spatio plures rem posse casus recipere intellegebant: 1,78,4; neque proelio decertare uoluit, quae res tamen fortasse aliquem reciperet casum: 3, 51,5; — quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit ⟨recepit *A*⟩: VII 26,4.

D. = praestare, fidem interponere; a): *Libo neque legatos Caesaris recipere ⟨accip. *Paul*⟩ neque periculum praestare eorum, sed totam rem ad Pompeium reicere: 3,17,5.

b): postulabat Caesar, ut legatos sibi ad Pompeium sine periculo mittere liceret, idque ipsi fore reciperent aut acceptos per se ad eum perducerent: 3,17,2; ¶ cum eius necessarii fidem implorarent Pompei, praestaret quod proficiscenti recepisset ⟨praec. *Of*⟩, ne per eius auctoritatem deceptus uideretur: 3, 82,5.

[**Falso:** tantis detrimentis acceptis ⟨*h*; accepistis *l*; receptis *Oaf*; *Np.*, *Db.*⟩ Octauius . . . sese ad Pompeium recipit ⟨*c*⟩: 3,9,8; erat per decliue receptus ⟨receptum *NOx*⟩: 3,45,4.]

Hospitio recipere: 2,20,5.

Aduerb.: celeriter: IV 2,3; (1,16,3;) 2,26, 4; celerius: I 48,7; citissime: IV 33,3; confestim: 3,50,1; 76,1; cupidissime: 2,20, 5; fortasse: 3,51,5; identidem: II 19,5; penitus: VI 10,4; plerumque: VII 26,4; quietissime: 3,46,6; rursus (-sum): V 34, 4; (1,45,1;) 2,41,6; 3,58,2; turpiter: VII 20,6.12; tuto: 1,54,5.

Libentissimis animis: 1,15,1; summa cum laude: V 44,13; sua sponte: 3,11,4; summa uoluntate: 1,12,2; 3,35,1; (55,3;) ¶ incolumes se recipiunt *u.* **incolumis B. b)** *p. 152 (7 loc.)*.

sine alqo uulnere: 3,73,3; ¶ infecta re: 3,57,5; ab latere aperto: V 35,2.

recito: ille (Cicero) perlectam (epistulam) in conuentu militum recitat: V 48,9; ¶ litteris . . . Caesaris consulibus redditis aegre . . . impetratum est . . ., ut in senatu recitarentur: 1,1,1.

reclino: his (alcibus) sunt arbores pro cubilibus: ad eas se adplicant atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt: VI 27,3; — huc cum se consuetudine reclinauerunt ⟨reclinauerint *a²f*; *Aim.*⟩, infirmas arbores pondere adfligunt atque una ipsae concidunt: VI 27,5.

(recognitus *u.* reconditus.)

reconcilio. A. = restituere, sarcire: diuturni laboris detrimentum ⟨-to *hl*⟩ sol-

lertia et uirtute militum breui reconciliatur ⟨reconcinnatur *Ald.*⟩: 2, 15, 4.

B. = in gratiam reducere: mea sponte facere constitueram, ut quam lenissimum me praeberem et Pompeium darem operam ut reconciliarem: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

(reconcinno *u.* reconcilio.)

reconditus: Pergamique in occultis ⟨locis *add. Paul*⟩ ac reconditis ⟨*NOhl;* recognitis *af*⟩ templi ⟨*recc.;* templis *x*⟩, quo praeter sacerdotes adire fas non ⟨nulli *Paul*⟩ est, quae Graeci ἄδυτα ⟨*c*⟩ appellant, tympana sonuerunt: 3, 105, 4.

recordor. A. sequ. obl.: non denique communes ⟨*Ofhl;* communi *a;* communis *Np., Dt.*⟩ belli casus (Pompeiani) recordabantur ⟨-abant *ah*⟩, quam ⟨quamque *Ciacc.*⟩ paruulae saepe causae uel falsae suspicionis uel terroris repentini uel obiectae religionis magna detrimenta intulissent, quotiens uel ducis uitio uel culpa tribuni ⟨uel culpa trib. uel uitio ducis *O;* uel culpa ducis uel tribuni uitio *V.; Np.*⟩ in exercitu ⟨-itum *Nx*⟩ esset offensum: 3, 72, 4.

B. sequ. acc. c. inf.: recordabantur enim (milites) eadem ⟨eandem *Nahl*⟩ se superiore anno in Hispania perpessos labore et patientia maximum bellum confecisse; meminerant ...: 3, 47, 6.

C. sequ. interrog. obl.: 3, 72, 4 *u.* **A.**; denique recordari debere (milites), qua felicitate ⟨facilitate *O,h pro uariet., l*⟩ inter medias hostium classes ... omnes incolumes essent transportati ⟨*c*⟩: 3, 73, 3.

recreo: Caesar neque satis militibus perterritis confidebat spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat: 3, 74, 3.

rectus: omnes copiae ... exeunt rectoque ad Hiberum itinere contendunt: 1, 69, 4; ¶ alternis trabibus ac saxis, quae rectis lineis suos ordines seruant: VII 23, 5; ¶ oritur (Hercynia silua) ab Heluetiorum ... finibus rectaque fluminis Danuuii regione pertinet ad fines Dacorum: VI 25, 2; oppidi ⟨*o*⟩ murus ⟨*c*⟩ a ⟨*c*⟩ planitie atque initio ascensus recta regione, si nullus amfractus intercederet, MCC passus aberat: VII 46, 1.

recte. A. = uere: recte auguraris ⟨auguraturi *Med.*^{1}; auguraris tu *ed. Jens.*⟩ de me — bene enim tibi cognitus sum — nihil a me abesse longius crudelitate: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2.

B. = honeste, gloriose: quod in conspectu omnium res gerebatur neque recte ⟨*AQβ*; recti *BM*⟩ aut ⟨*h; Fr.;* ac *αa; rell. edd.*⟩ turpiter factum ⟨β; *om.* α⟩ celari poterat ⟨β; *om.* α⟩: VII 80, 5.

C. = tuto: si ipse ad exercitum contenderet, ne iis ⟨*c*⟩ quidem eo tempore, qui quieti ⟨qui eo temp. pacati β; *Ald.;* qui *om. AB*^{1}⟩ uiderentur, suam salutem recte committi uidebat: VII 6, 4; deinde *de imperatoris *fide quaerunt, rectene se illi sint commissuri: 1, 74, 2.

recupero. Forma: recuperanda(e) *scriptum est in X* (reciperand. *in l*) V 27, 6 et VII 76, 2; recuperabimus *in x* 3, 91, 2; reciperaturos *uidetur inueniri in X* VII 15, 2; *reliquis locis inter se discrepant codd. ita, ut* recuper. *exstet in BMβ*, reciper. *in AQl* VII 1, 8; recuper. *in MB*^{2}*af*, reciper. *in AQB*^{1}*h* VII 89, 5; recuper. *in A*^{2}*B*^{2}*M*^{2}*a et (sec. Frig. et Hold.) h*, reciper. *in α*^{1} *(et sec. Gitlbauer in h)* III 8, 2; recuper. *in B*^{2}β, reciper. *in α* VII 43, 3; *praeterea* recuperare *est in* β, recipere *in* α III 8, 5.

reseruatis Haeduis atque ⟨c⟩ Aruernis, si per eos ciuitates recuperare ⟨-ari *a*⟩ posset: VII 89, 5; ¶ unum hoc proelium superest; quo confecto et ille suam dignitatem et nos nostram libertatem recuperabimus: 3, 91, 2; ¶ in acie praestare interfici quam non ueterem belli gloriam libertatemque, quam a maioribus acceperint ⟨*c*⟩, recuperare: VII 1, 8; ¶ tamen tanta ⟨*o*⟩ uniuersae Galliae consensio fuit libertatis uindicandae et pristinae belli laudis recuperandae, ut: VII 76, 2; ¶ libertatem *u.* **libertas** *p. 460* **a)** *(3 loc.)*; ¶ quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant: III 8, 2; ¶ temptemus, hoc modo si possimus ⟨*c*⟩ omnium uoluntates recuperare et diuturna uictoria uti: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

legationem ad P. Crassum mittunt, si uelit suos recipere ⟨recuperare β⟩, obsides sibi ⟨*c*⟩ remittat: III 8, 5; haec faciunt recuperandorum suorum causa ⟨causa suorum β⟩: VII 43, 3; ¶ quod ⟨*c*⟩ se ⟨*c*⟩ prope ⟨*c*⟩ explorata uictoria celeriter amissa recuperaturos confidebant ⟨*c*⟩: VII 15, 2.

recurro: (hostes) ad easdem deditionis condiciones recurrunt: 2, 16, 3; ¶ accidisse igitur his quod plerumque hominum nimia pertinacia atque arrogantia accidere soleat, uti eo recurrant et id cupidissime petant, quod paulo ante contempserint: 1, 85, 4.

recusatio: omnes ... arma proicere iussit. quod ubi sine recusatione fecerunt: 3, 98, 2.

recuso. A. sequitur a) obiect.; α): non

minus libenter sese ⟨se libenter β⟩ recusaturum populi Romani amicitiam quam adpetierit: I 44,5; ¶ ut nihil nisi hiberna recusent atque hanc inueterascere ⟨c⟩ consuetudinem nolint: V 41,5; ¶ hordeum: 3,47,7 *u.* legumina; ¶ sed hunc laborem recusabat nemo: 1,68,3; ¶ non, illis ⟨illi *Clark.; Paul*⟩ hordeum cum ⟨quin *Paul*⟩ daretur, non legumina recusabant: 3,47,7; ¶ neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cuius se amicitiae deuouisset, mori ⟨mortem β⟩ recusaret: III 22,3; ¶ maximeque timoris causa pro se quisque id munus legationis recusabat: 1,33,1; ¶ periculum *u.* **periculum** *p. 1057* **b)** *(3 loc.)*.

β): nihil: V 41,5 *u.* α) hiberna; ¶ acerbitatem inimicorum docet, qui ⟨quid *ahl*[1]⟩ quod ab altero ⟨c⟩ postularent, in se recusarent: 1,32,5.

b) de: si pace ⟨c⟩ uti ⟨c⟩ uelint ⟨c⟩, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua uoluntate ad id tempus pependerint ⟨c⟩: I 44,4.

c) infin.: mori: III 22,3 *u.* **a)** α) mortem.

d) coniunctio; α) ne: cum . . . reliqui in labore pari ac periculo ne unus omnes antecederet recusarent: 3,82,5.

β) **quin** *u.* **quin** *p. 1561 sq.* **B. b)** β) *(3 loc.)*.

γ) **quominus:** sese neque obsides repetituros . . . neque recusaturos, quo minus perpetuo sub illorum dicione atque imperio essent: I 31,7.

B. absol.: neque recusandi aut deprecandi causa legatos ad Caesarem mittere audebant: V 6,2.

(reda *u.* raeda.)

reddo. A. = ἀποδιδόναι; **a)** = **reddere alci id, quod antea habuit, quod ab eo ablatum est; restituere:** captiuos: VII 90,3 *u.* milia; ¶ quibus ⟨o⟩ ille ⟨c⟩ pro meritis ciuitatem eius immunem esse iusserat, iura legesque reddiderat: VII 76,1; ¶ captiuorum circiter XX milia ⟨milia .XX. *h*⟩ Haeduis Aruernisque reddit ⟨reddidit β⟩: VII 90,3; ¶ deinde obsides, quos haberet ab Haeduis, redderet Sequanisque permitteret, ut quos illi ⟨ipsi?⟩ haberent uoluntate eius reddere illis liceret: I 35,3; Haeduis se obsides redditurum non esse: I 36,5; ne aut Haeduis aut eorum sociis bellum inferret; obsides redderet: I 43,9; aduentu Caesaris facta commutatione rerum obsidibus Haeduis redditis, ueteribus clientelis ⟨o⟩ restitutis . . . Sequani principatum dimiserant: VI 12,6; ¶ HS ⟨c⟩ LX, quod aduexerat Domitius atque in publico deposuerat, adlatum ad se a ⟨c⟩ *IIIIuiris Corfiniensibus, Domitio reddit: 1,23,4.

b) = dare quod alci debetur: neque his petentibus ius redditur neque honos ullus communicatur: VI 13,7; ¶ litteras *u.* **litterae** *p. 469 sq. (3 loc.)*; ¶ his ⟨c⟩ *rebus ex* litteris ⟨c⟩ *Caesaris* cognitis Romae dierum uiginti supplicatio redditur ⟨indicitur *recc.; Ald.*; editur *Schn.*⟩: VII 90,8; ¶ pro uita hominis nisi ⟨c⟩ hominis uita ⟨*AQ*β; uita hominis *BM; Aim.; Fr.*⟩ reddatur, non posse ⟨c⟩ deorum immortalium numen placari arbitrantur: VI 16,3.

c) = instituere (*an* iudicia reddere = ius dicere?): et iudicia in priuatos reddebat, qui ⟨reddebat; qui *Db., Dt.*⟩ uerba atque orationem aduersus rem publicam habuissent; eorum ⟨habuissent, eorum *Db., Dt.*⟩ bona in publicum addicebat: 2,18,5.

B. = *ποιεῖν, καθιστάναι*: haec (fama) itinera infesta reddiderat: 3,79,4; — quae res et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat et post eum quae essent ⟨erant β; *Flod.*⟩ tuta ab hostibus reddebat: II 5,5.

redeo. A. = reuerti; a) propr.; α) de hominibus; αα) non additur, quo quis redeat aut unde: redeuntes equites quos possunt consectantur atque occidunt: V 58,6; ¶ redisse primo legiones credunt, quas longius discessisse . . . cognouerant: VI 39,4; ¶¶ Diuiciacus auxilii petendi causa Romam ad senatum profectus infecta ⟨β; *Np.; imperfecta* α; *plur. edd.*⟩ re redierat: VI 12,5; ¶¶ quod ii ⟨c⟩, qui frumentandi causa ierant ⟨erant β⟩ trans Mosam ⟨profecti *add.* β⟩, nondum redierant ⟨quod . . . redierant *del. Paul*⟩: IV 12,1.

ββ) **additur, quo, unde quis redeat; 𝔄) quo; 𝔞) ad** *u.* **ad** *p. 108 (3 loc.)*.

𝔟) in: (Scipio) noctu ne ⟨c⟩ conclamatis quidem uasis flumen transiit ⟨c⟩ atque in eandem partem, ex qua uenerat, rediit ⟨*Of*; redit *ahl; edd.*⟩ ibique . . . castra posuit: 3,37,4.

𝔠) domum: eorum, qui domum ⟨*af*; domo *BMQh*; de domo *A*⟩ redierunt, censu habito . . . repertus est numerus milium C et decem: I 29,3.

𝔅) unde: interea manerent indutiae, dum ab illo rediri posset: 3,16,5.

ipse eodem, unde redierat, proficiscitur: V 11,7.

β) de rebus: quod is collis . . . paululum ex planitie editus . . . in ⟨c⟩ *fronte leniter fastigatus ⟨c⟩ paulatim ad planitiem redibat ⟨rediebat α[1]; *Hold.*⟩: II 8,3; ¶¶

serius a terra prouectae naues neque usae nocturna aura in redeundo offenderunt: 3, 8, 2; naues longas occupare hostes conabantur; quarum erant L auxilio missae ad Pompeium proelioque in Thessalia facto domum redierant: 3, 111, 3.

b) trsl.; α) ad alqm: 3, 18, 2 *u.* **B.**

β) in: Pompeius ... cum communibus inimicis in gratiam redierat: 1, 4, 4; ¶ exposuit, ... quam ⟨*c*⟩ in fortunam ... (Haeduos) † deduxisset ⟨*c*⟩, ut non solum in pristinum statum redissent ⟨-isse *Kraff.*⟩, sed omnium temporum dignitatem et gratiam antecessisse uiderentur: VII 54, 4.

B. = transire, peruenire ad eum, ad quem alqd pertinet, cuius est: earumque factionum principes ⟨*o*⟩ sunt, qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum ad arbitrium iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat: VI 11, 3; seque alterum fore Sullam ⟨Cornelium *Vielh.*⟩ inter suos gloriatur, ad quem summa imperii redeat ⟨redire debeat *Paul*⟩: 1, 4, 2; (toti tamen officio maritimo M. Bibulus praepositus cuncta administrabat: ad hunc summa imperii respiciebat ⟨redibat *Ciacc.*⟩: 3, 5, 4;) eo mortuo ad neminem unum summa imperii redit ⟨-iit *Clark.*⟩, sed separatim suam quisque classem ad arbitrium suum administrabat: 3, 18, 2.

C. = descendere ad: pilisque missis (Pompeiani) ad gladios redierunt: 3, 93, 2.

(D. = redigi ad: Caesar ... etsi opinione trium legionum deiectus ad duas reciderat ⟨*Pluyg.*; redierat *X*; *edd.*⟩, tamen: V 48, 1.**)**

redigo. A. (propr.) = reducere, restituere: crudelitas in supplicio, noua religio iuris iurandi spem praesentis deditionis sustulit ... et rem ad pristinam belli rationem redegit: 1, 76, 5.

B. (trsl.) = in certum statum (condicionem) alqm (alqd) deducere; a) alqm redigere ad uel in uel sub (= deducere ad iniquiorem condicionem, in humiliorem statum); α) ad: hoc proelio facto et prope ad internecionem gente ac nomine Neruiorum redacto maiores natu ... legatos ad Caesarem miserunt: II 28, 1. 2; ¶ in commemoranda ciuitatis calamitate ex sescentis ad tres senatores, ex hominum milibus LX uix ad quingentos, qui arma ferre possent, sese redactos esse dixerunt: II 28, 2.

β) in: quibus (Aruernis et Rutenis) populus Romanus ignouisset neque in prouinciam redegisset neque stipendium imposuisset: I 45, 2; respicite finitimam Galliam, quae in prouinciam redacta iure et legibus commutatis securibus subiecta perpetua premitur seruitute: VII 77, 16; *u. praeterea* **in** *p. 107 (5 loc.).*

γ) sub: ardere Galliam tot contumeliis acceptis sub populi Romani imperium redactam superiore gloria ⟨-orem gloriam β⟩ rei militaris exstincta ⟨-tam β⟩: V 29, 4.

b) c. dupl. acc.: quae facilia ex difficillimis animi magnitudo ⟨-dine β⟩ redegerat ⟨-rant B^3a^1⟩: II 27, 5; — hos (Vbios) cum Suebi ... finibus expellere non potuissent, tamen uectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt: IV 3, 4.

redimo. A. propr.: (Dumnorigem) complures ⟨in complures *Gilbert*⟩ annos portoria reliquaque omnia Haeduorum uectigalia paruo pretio redempta habere, propterea quod illo licente ⟨*c*⟩ contra liceri ⟨*c*⟩ audeat nemo: I 18, 3; ¶ C. Caesar: possessiones redemi easque postea ⟨*om. B*⟩ pluris ⟨plus MB^2⟩ uenditas: *Diomed. art. gramm. I 368 Keil;* ¶ uectigalia: I 18, 3 *u.* portoria.

B. trsl.: quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere posset: I 44, 12; ¶ sese ne obsidibus quidem datis pacem Ariouisti redimere potuisse ⟨*c*⟩: I 37, 2; ¶ quo facto duas res consecutus est, quod pignore animos centurionum deuinxit et largitione militum uoluntates redemit: 1, 39, 4.

redintegro: cuius ⟨*c*⟩ aduentu spe inlata militibus ac redintegrato animo ... paulum hostium impetus tardatus est: II 25, 3; ¶ ut deminutae ⟨*c*⟩ copiae redintegrarentur, imperat certum numerum militum ciuitatibus: VII 31, 4; ¶ proelium *u.* **proelium** *p. 1232* **B.** *(3 loc.);* ¶ cum ... pugnaretur semperque hostibus spes uictoriae redintegraretur, eo magis, quod ... uidebant: VII 25, 1; ¶ tum uero clamore ab ea parte audito nostri redintegratis uiribus, quod plerumque in spe uictoriae accidere consueuit, acrius impugnare coeperunt: III 26, 4.

reditio: frumentum omne ... comburunt, ut domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent: I 5, 3.

reditus: spes uictoriae augetur, adeo ut quicquid intercederet temporis id morari reditum in Italiam uideretur: 3, 82, 2; ¶ ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret: VI 29, 2; ¶ quod his ⟨*c*⟩ superatis aut reditu interclusis neminem postea belli inferendi causa in Britanniam transiturum confidebant: IV 30, 2; ¶ quod longius ⟨eum

add. β⟩ progressum audiebat neque ulla de reditu eius fama adferebatur: VI 36, 1.

Redones. *Cf. Mowat, Rob., Le nom de peuple Redones. (Bull. et Mém. de la Soc. archéol. du dép. d'Ille-et-Vilaine, t. VII. p. 290 sqq. Rennes 1870. 8°.)*

quem (P. Crassum) cum legione una miserat ad Venetos, Venellos ⟨*c*⟩, Osismos, Coriosolitas ⟨*c*⟩, Esuuios ⟨*c*⟩, Aulercos, Redones ⟨rhedones *X*⟩, quae sunt maritimae ciuitates Oceanumque attingunt: II 34; imperant . . . XXX (milia) uniuersis ciuitatibus, quae Oceanum attingunt quaeque eorum consuetudine Aremoricae ⟨*c*⟩ appellantur, quo sunt in numero Coriosolites ⟨*c*⟩, Redones ⟨rhedones β⟩, Ambibarii ⟨*c*⟩, . . . Venelli ⟨*c*⟩: VII 75, 4.

reduco. A. = ἀνάγειν; **a) = ducere alqm eo, unde uenit; α) non additur, quo uel unde alqs reducatur:** fugato omni equitatu Vercingetorix copias ⟨suas *add.* β; *Schn.*⟩, ut pro castris conlocauerat, reduxit: VII 68, 1; nullam in partem ab exercitu Curionis fit significatio, atque ita suas uterque copias reducit: 2, 28, 4; ¶ uastatis omnibus eorum agris, uicis aedificiisque incensis Caesar ⟨*om.* β⟩ exercitum reduxit ⟨β; perduxit α⟩: III 29, 3; ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu . . . praesidium . . . pontis tuendi causa ponit: VI 29, 2; ¶ funditores instruxit, ut praesidio nostris se recipientibus essent. his rebus confectis ⟨*c*⟩ legionem ⟨*Faern.;* legiones *z*⟩ reduci iussit: 3, 46, 2.

Caesar ueritus, ne non reducti (nostri), sed deiecti ⟨*CO*⟩ uiderentur maiusque detrimentum caperetur, . . . tuba signum dari . . . iussit: 3, 46, 4; ¶ nostri eruptione facta multis eorum interfectis . . . suos incolumes reduxerunt: V 22, 2; hominum milia sex . . . e castris Heluetiorum egressi ad Rhenum . . . contenderunt. quod ubi Caesar resciit, quorum per fines ierant ⟨irent *Ciacc.*⟩, his ⟨*c*⟩ uti conquirerent et reducerent, si sibi purgati esse uellent, imperauit; reductos ⟨-tis *A;* -tus *B*[1]⟩ in hostium numero habuit: I 28, 1.

β) **additur, αα) quo quis reducatur; 𝔄) ad:** item M. Metius repertus et ad eum (Caesarem) reductus est: I 53, 8; reducitur ⟨deducitur *Kindsch.*⟩ ad eum deprensus ⟨*c*⟩ ex itinere N. ⟨*c*⟩ Magius Cremona ⟨*c*⟩, praefectus fabrum Cn. Pompei: 1, 24, 4; Caesar . . ., si qui ad eos Eburones ex fuga conuenissent, ad se ut reducerentur ⟨reducerent *van der Mey*⟩ imperauit: VI 32, 2; — obsidibus acceptis exercitum reducit ad mare: V 23, 1.

𝔅) in *u.* **in** *p. 98 (17 loc.).*

ℭ) intra: sub uesperum Caesar intra hanc fossam legiones reducit ⟨deduc. *O*[a]⟩ atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit: 1, 41, 6; — Vercingetorix ab radicibus collis suos intra munitiones reduxit: VII 51, 4.

𝔇) Agedincum, *sim.:* neque iam ut aliquid adquireret . . ., sed ut incolumem exercitum Agedincum reduceret cogitabat: VII 59, 4; — tali modo uastatis ⟨*c*⟩ regionibus ⟨*c*⟩ exercitum Caesar duarum cohortium damno Durocortorum ⟨*c*⟩ Remorum reducit ⟨deducit *DE, recte, ut uidetur*⟩: VI 44, 1.

ββ) **unde; 𝔄) ab:** conspicati ex oppido caedem et fugam suorum desperata salute copias a munitionibus reducunt: VII 88, 5; — desperata re hostes suos ab oppugnatione ⟨ab opp. suos β⟩ reduxerunt: V 26, 3.

𝔅) ex: Labienum . . cum iis ⟨*c*⟩ legionibus, quas ex Britannia reduxerat, in Morinos . . . misit: IV 38, 1.

b) = ducere alqm eo, unde ipsi uenimus: quo facto ad Curionem equites reuertuntur captiuosque ad eum reducunt ⟨deduc. *Paul*⟩: 2, 38, 5.

c) = in locum tutum recipere: (Varus) terrore exercitus cognito . . . de tertia uigilia silentio exercitum in oppidum reducit: 2, 35, 7; ¶ diffisus municipii uoluntati ⟨*c*⟩ Thermus cohortes ex urbe reducit ⟨educ. *Ald.*⟩ et profugit: 1, 12, 2; ¶ is (Acilius legatus) naues nostras ⟨nostri *af*⟩ interiorem in portum ⟨*Ciacc.;* partem *z*⟩ post oppidum reduxit et ad terram deligauit: 3, 39, 2.

B. = remouere, retrahere, amouere; a) propr.: (Galli) laqueis falces auertebant, quas cum destinauerant ⟨*c*⟩, tormentis introrsus reducebant: VII 22, 2; ¶ celeriter factum est, ut alii eruptionibus resisterent, alii turres reducerent ⟨educ. *a*[1]⟩: VII 24, 5.

b) trsl.: reliquas omnes munitiones ab ea fossa pedes quadringentos ⟨pedibus CCCC β⟩ reduxit ⟨deduxit β⟩: VII 72, 2.

(**C. = adducere, deducere (trsl.):** summo labore militum Caesar continuato diem noctemque opere in flumine auertendo huc iam deduxerat ⟨*Achill. Stat.;* reduxerat *z; edd.*⟩ rem, ut equites, etsi difficulter atque aegre fiebat possent tamen atque auderent flumen transire, pedites uero tantum modo umeris . . . exstarent ⟨*c*⟩: 1, 62, 1.)

[**Falso:** Labienus ⟨*c*⟩, cum ab eo impetrauisset, ut sibi captiuos tradi iuberet, omnes productos ⟨*Steph.;* reductos *z*⟩ . . . commilitones

appellans . . . in omnium conspectu interfecit: 3, 71, 4.]

Aduerb.: (huc: 1, 62, 1; introrsus: VII 22, 2;) rursus: VI 3, 3; VII 9, 6.

refero. A. = reportare, ferre alqd eo, ubi antea fuit; a) propr.: pecunias monimentaque, quae ex fano Herculis conlata erant in priuatam domum, referri in templum iubet: 2, 21, 3; ¶ tanta tempestas subito coorta est, ut nulla earum (nauium) cursum tenere posset, sed aliae eodem, unde erant profectae, referrentur ⟨referentur *α*⟩, aliae . . . deicerentur: IV 28, 2; ¶¶ qui uulnera acceperant neque acie excedere neque in locum tutum referri poterant: 2, 41, 7.

b) trsl. (= recipere in locum tutum): pedem referre *u.* **pes A. a)** *p. 1077 (4 loc.);* ¶ Petreius atque Afranius oblata facultate in castra sese referunt: 1, 72, 5; huc se (legionarii) referebant; hinc ⟨*transponit Paul post subst.* uis⟩, si qua maior oppresserat uis, propugnabant: 2, 8, 2.

B. = ferre alqd eo, quo ferendum est, ad eum, cuius est, cui debetur, penes quem potestas ac iudicium est; a) propr.: (nolite . . committere, . . . ut rei militaris dedecus admittatur, incolumemque (aquilam) ad eum (Caesarem) deferte ⟨referte *b; Paul*⟩: 3, 64, 4;) 3, 99, 4 *u.* signa; ¶ Indutiomarus interficitur caputque eius refertur in ⟨ad *a*⟩ castra: V 58, 6; nobis nisi Caesaris capite relato pax esse nulla potest: 3, 19, 7; ¶ qui plurimos ex his (uris) interfecerunt relatis in publicum cornibus, quae sint testimonio, magnam ferunt laudem: VI 28, 3; ¶ (cuidam ex equitibus Gallis magnis praemiis persuadet ⟨*c*⟩, uti ad Ciceronem epistulam deferat ⟨ref. *Paul*⟩: V 48, 3;) ¶ frumentum omne ad se referri iubet: VII 71, 6; ¶ Cicero . . . Gallum ab ⟨*c*⟩ eodem ⟨*c*⟩ Verticone ⟨*c*⟩ . . . repetit ⟨*c*⟩, qui litteras ad Caesarem deferat ⟨referat *β*⟩: V 49, 2; ¶ relatis ad eum publicis cum fide rationibus quod penes eum est pecuniae tradit: 2, 20, 8; ¶ milia sagittarum circiter XXX in castellum coniecta Caesari *numerauerunt, scutoque ad eum relato Scaeuae centurionis inuenta sunt in eo foramina CXX ⟨*c*⟩: 3, 53, 4; ¶ signa militaria LXXIIII ad Caesarem referuntur: VII 88, 4; ad duo milia . . . ex Pompeianis cecidisse reperiebamus . . . signaque sunt militaria sex relata: 3, 53, 2; ex Pompeiano exercitu . . . in deditionem uenerunt amplius milia XXIIII. . . . signaque militaria ex proelio ad Caesarem sunt relata CLXXX et aquilae VIIII: 3, 99, 4; ¶ in castris Heluetiorum tabulae repertae sunt litteris Graecis confectae et ad Caesarem relatae: I 29, 1.

b) trsl.; α) gratiam referre *u.* **gratia A. a)** *p. 1388 (5 loc.).*

β) uoce, uerbis alqd referre; αα) = nuntiare, renuntiare; 𝔄) sequ. obiect.: haec eodem tempore Caesari mandata referebantur et legati ab Haeduis et a Treueris ueniebant: I 37, 1; haec ad eum mandata Clodius refert ⟨defert *Paul*⟩, ac primis diebus . . . libenter auditus reliquis ad conloquium non admittitur: 3, 57, 5; ¶ ab iis ⟨*c*⟩, qui emerant, capitum numerus ad eum relatus est milium quinquaginta trium: II 33, 7; ¶ cuius orationem legati domum referunt atque ex auctoritate haec Caesari renuntiant: 1, 35, 3; ¶ his responsis ad Caesarem relatis ⟨*Of;* legatis *X;* delatis *Oud.*⟩ iterum ad eum Caesar legatos cum his mandatis mittit: I 35, 1.

legati haec se ad suos relaturos dixerunt: IV 9, 1; ¶ his (Procillo et Metio) mandauit, ut quae diceret Ariouistus cognoscerent et ad se referrent: I 47, 5.

𝔅) sequ. or. obl.: (Vbii) paucis diebus intermissis referunt: Suebos omnes . . . cum omnibus suis sociorumque copiis, quas coegissent, penitus ad extremos fines se recepisse . . .: VI 10, 4.

ββ) de consulum ad senatum relationibus: ut uero ex litteris ad senatum referretur ⟨refertur *a*⟩ impetrari non potuit: 1, 1, 1; *u. praeterea* **de** *p. 818 (6 loc.).*

γ) referre alqd in codicem accepti et expensi, sed trsl.: quod si fecisset, quietem Italiae, pacem prouinciarum, salutem imperii ⟨*Steph.;* imperio *Ox*⟩ uni ⟨illi *uel* Scipioni *Paul*⟩ omnes acceptam relaturos: 3, 57, 4.

refertus: cupas taeda ac pice refertas incendunt easque de muro in musculum deuoluunt: 2, 11, 2.

reficio. A. propr. = restituere, supplere, sarcire; a): Massilienses armorum officinas in urbe instituerant, muros, portas, classem ⟨clausem *ah*⟩ reficiebant: 1, 34, 5; ¶ hae copiae, quas uidetis, ex dilectibus ⟨delectis *uel* dilectis *Ox*⟩ horum annorum in citeriore Gallia sunt refectae: 3, 87, 5; ¶ spatium . . interponendum ad recreandos animos putabat *et* ⟨*add. Jurinius*⟩ † relictis ⟨refectis *Paul*⟩ munitionibus magnopere rei frumentariae timebat: 3, 74, 3; ¶ muros: 1, 34, 5 *u.* classem; ¶ naues *u.* **nauis** *p. 706 (11 (12) loc.);* ¶ pontem (-tes) *u.* **pons**

p. 1110 **B. a)** *(5 (6) loc.)*; ¶ portas: 1, 34, 5 *u.* classem.

b): Trebonius ea, quae sunt amissa, multo maiore militum studio administrare et reficere instituit: 2, 15, 1; ¶ ubi hostes uiderunt ea, quae diu longoque ⟨diu *et* que *del. Paul*⟩ spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum opera et labore ita refecta, ut nullus ⟨*c*⟩ perfidiae neque eruptioni locus esset: 2, 16, 1.

B. trsl. = recreare; a): ii ⟨*c*⟩, quos ad nouissimum agmen equorum reficiendorum causa substitisse demonstratum est: 2, 42, 5; ¶ Caesar Auarici ⟨*c*⟩ complures dies commoratus summamque ibi copiam frumenti et reliqui commeatus nactus ⟨*c*⟩ exercitum ex labore atque inopia reficit ⟨*AQβ*; refecit *BM*; *edd.*⟩: VII 32, 1; Caesar in campis exercitum reficit ⟨*b*; refecit *Ox*⟩, ne defessum proelio obiciat: 1, 65, 2; ¶ Caesar † relictis ⟨relictas a^1; refectis *Bekker*; *Db.*; *CC*⟩ legionibus subsequitur: 1, 80, 4.

b): milites certiores facit, paulisper intermitterent proelium ac tantum modo tela missa exciperent seque ex labore reficerent ⟨reciperent a^1⟩: III 5, 3; ille ex castris prima uigilia egressus prope confecto sub lucem itinere post montem se occultauit militesque ⟨que *om. a*⟩ ex nocturno labore sese reficere ⟨recipere *a*⟩ iussit: VII 83, 7.

[Falso: uti . . . perpaucae (naues) locum caperent, reliquae fere omnes reicerentur ⟨β; reficerentur α⟩: V 23, 4.]

reformido: neque se reformidare quod in senatu Pompeius paulo ante dixisset: 1, 32, 8.

refringo. A. propr.: postridie . . . refractis portis, cum iam defenderet nemo, atque intromissis ⟨*c*⟩ militibus nostris . . . uendidit: II 33, 6.

B. trsl.: disposito equitatu, qui uim fluminis refringeret ⟨-rent β⟩: VII 56, 4.

refugio. A. propr.; a) = fugere in eundem locum, unde uenimus; α) absol.: cum quaepiam ⟨*c*⟩ cohors ex orbe excesserat atque impetum fecerat, hostes uelocissime refugiebant: V 35, 1; — primoque impetu unam ex his *quadriremibus . . . ceperunt, reliquas turpiter refugere coegerunt: 3, 24, 3.

β) refugere ad, in: quorum primum impetum equites hostium non tulerunt, sed admissis ⟨*c*⟩ equis ad suos refugerunt: 2, 34, 3; ¶ quae cum nauibus nostris *ad*propinquassent, nostri ueterani ⟨*del. Paul*⟩ in portum refugiebant: 3, 24, 2.

b) = fuga salutem petere, profugere, se recipere; α) absol.: deiectisque ⟨*c*⟩ defensoribus, qui omnes scaphis excepti refugerunt ⟨*dett.*; *Ciacc.*; refugerant *Ox*; *edd.*⟩, eam nauem expugnauit: 3, 40, 3; ¶ milites . . . impetu . . facto in Cassianam classem quinqueremes duas, in quarum altera erat Cassius, ceperunt, sed Cassius exceptus scapha refugit ⟨-fugiit *ahl*⟩: 3, 101, 6; ¶ qui Auarico expugnato refugerant ⟨fugerant *Pluyg.*⟩, armandos uestiendosque curat: VII 31, 3.

β) additur quo: ex Pompeiano exercitu circiter milia XV cecidisse uidebantur, sed in deditionem uenerunt amplius milia XXIIII. . . . multi praeterea in finitimas ciuitates refugerunt: 3, 99, 3.

γ) additur, unde: huius aduentum L. Caesar filius cum X longis nauibus ad Clupeam praestolans . . . ueritus[que] nauium multitudinem ex alto refugerat ⟨-ret *hl*⟩ adpulsaque ad proximum litus trireme constrata et in litore relicta pedibus Hadrumetum profugerat ⟨perf. *x*; *edd.*⟩: 2, 23, 3; — qui ex ⟨*add. Steph.*; *om. codd.*; *Db.*⟩ acie refugerant ⟨fugerant *f*⟩ milites, . . . missis plerique armis . . . de reliqua fuga . . . cogitabant: 3, 95, 3.

δ) additur et unde et quo: L. Domitius ex castris in montem refugiens, cum uires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus: 3, 99, 4.

B. trsl. (= deesse (officio), uitare): uel pro hospitio regis Nicomedis uel pro horum necessitate, quorum res ⟨de re *Hertz*⟩ agitur, refugere ⟨*Hertz*; reffugere *uel* efugere *codd. melior.*; defugere *Carrio*⟩ hoc munus, M. Iunce ⟨*c*⟩, non potui: *ap. Gell.* V 13, 6.

regia *u.* **regius 2.**

Reginus *u.* **Antistius** *p. 282.* *Cf.* *Noelas, Dr. F., Les Ambluareti et le campement de la 11e légion sous C. Antistius Reginus après la prise d'Alésia. (Institut des provinces de France. Moulins 1866 p. 426 sqq.)*

regio. A. = tractus, uia (Richtung; direction); a) obiect.: ubi . . . iam . . primos superare regionem castrorum animum aduerterunt: 1, 69, 3.

b) abl.: oritur (Hercynia silua) ab Heluetiorum . . . finibus rectaque fluminis Danuuii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium; hinc se flectit sinistrorsus diuersis a ⟨*c*⟩ flumine regionibus multarumque gentium fines . . . attingit: VI 25, 2. 3; oppidi ⟨*c*⟩ murus ⟨*c*⟩ a ⟨*c*⟩ planitie atque initio ascensus recta regione, si nullus amfractus intercederet, MCC passus aberat: VII 46, 1.

c) c. praep.; α) ab: Pompeius enim primo

ignorans eius consilium, quod diuerso ab ea regione itinere profectum uidebat, angustiis rei frumentariae compulsum discessisse existimabat: 3, 41, 4.

β) e regione *u.* **ex** *p. 1194 (7 loc.).*

B. = loca, fines; a) subi.: in Epirum rei frumentariae causa Q. Tillium et L. Canuleium legatum misit, quodque hae regiones aberant longius, locis certis horrea constituit: 3, 42, 4; ¶ adiacere: VI 33, 2 *u.* **b)** depopulari; ¶ neque iis ipsis quicquam praeter oram maritimam atque eas regiones, quae sunt contra Gallias, notum est: IV 20, 3; longe sunt humanissimi qui Cantium incolunt, quae regio est maritima omnis: V 14, 1; Cassium Longinum . . . in Thessaliam, Caluisium Sabinum . . . in Aetoliam misit; maxime eos, quod erant propinquae ⟨praepingues *Kraff.;* fecundae *RMenge*⟩ regiones, de re frumentaria ut prouiderent hortatus est: 3, 34, 2.

b) obi.: quod eas quoque nationes adire et regiones cognoscere uolebat: III 7, 1; cognitis per exploratores regionibus ⟨β; legionibus α⟩ duces hostium LX milia ⟨*c*⟩ ex omni numero deligunt: VII 83, 4; ¶ C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem, quae ad Aduatucos ⟨ad *om. Q*β; aduatucis β; *Schn.*⟩ adiacet, depopulandam mittit: VI 33, 2; ¶ Caesar exploratis regionibus albente caelo omnes copias castris educit: 1, 68, 1; ¶ hi certo anni tempore ⟨*o*⟩ in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, considunt in loco consecrato: VI 13, 10; ¶ ad Rhenum peruenerunt. quas regiones Menapii incolebant et ⟨hi β⟩ ad utramque ripam fluminis agros, aedificia uicosque habebant: IV 4, 2; ¶ hunc (locum) esse delectum medium fere regionum earum, quas Suebi obtinerent: IV 19, 3; ¶ (occupare: 1, 25, 3 *u.* **f)** α);) ¶ pacare: III 11, 5 *u.* **f)** γ) αα) conuenire; ¶ Volusenus perspectis regionibus ⟨*om. a;* rebus *Paul*⟩ omnibus ⟨*om. bcefikl*⟩ . . . quinto die ad Caesarem reuertitur: IV 21, 9; ¶ ut . . . ille latebris aut ⟨*c*⟩ saltibus se eriperet et ⟨*c*⟩ noctu occultatus ⟨*c*⟩ alias regiones partesque peteret: VI 43, 6; longo circuitu easdem omnes iubet petere regiones: VII 45, 3; ¶ his rebus perfectis regiones secutus quam potuit aequissimas pro loci natura XIIII milia passuum complexus . . . munitiones . . . perfecit: VII 74, 1; ¶ eo . . . frumentum commeatumque ab Asia atque omnibus regionibus, quas tenebat, comportari imperat: 3, 42, 2; relinquebatur, ut . . . quam plurimos colles occuparet et quam latissimas regiones praesidiis teneret: 3, 44, 2; cum paene cotidie a Pompeio ad Caesarem perfugerent, uulgo uero uniuersi in Epiro atque Aetolia conscripti milites earumque regionum omnium, quae a Caesare tenebantur ⟨tenerentur *N*⟩: 3, 61, 2; ¶ tali modo uastatis ⟨factis β; *Flod.*⟩ regionibus ⟨religionibus β; legionibus *Flod.*⟩ exercitum Caesar . . . reducit: VI 44, 1.

c) dat.: Cassiuellaunus ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstrauimus, quibus regionibus quattuor reges praeerant, Cingetorix, Caruilius, Taximagulus, Segouax, nuntios mittit: V 22, 1; ¶¶ multis praeterea uiris fortibus Tolosa et Narbone ⟨*c*⟩, quae sunt ciuitates Galliae prouinciae finitimae his ⟨*Ciacc.;* ex his *X; Hold.*⟩ regionibus, nominatim euocatis: III 20, 2.

d) genet.; α): quod fere fit, quibus quisque ⟨*CC*⟩ in locis miles inueterauerit, ut multum earum regionum consuetudine moueatur: 1, 44, 3; ¶ (Aquitaniam,) quae pars, ut ante dictum est, et regionum latitudine et multitudine hominum † ex tertia parte Galliae ⟨gallia *AQB*⟩ est aestimanda ⟨*u. CC*⟩: III 20, 1; ¶ huc accedebant collecti ex praedonibus latronibusque Syriae Ciliciaeque prouinciae finitimarumque regionum: 3, 110, 3; ¶ milites earum regionum omnium: 3, 61, 2 *u.* **b)** tenere; ¶ huius est ciuitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum: III 8, 1; (3, 15, 1 *u.* terra;) ¶ qui cum magnae partis harum regionum ⟨regionum harum β⟩, tum etiam Britanniae imperium obtinuerit: II 4, 7; ¶ praedones: 3, 110, 3 *u.* latrones; ¶ cunctae earum regionum praefecturae libentissimis animis eum recipiunt: 1, 15, 1; ¶ principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controuersiasque minuunt: VI 23, 5; cuius prouinciae ab ea parte, quae libera appellabatur, Menedemus, princeps earum regionum, missus legatus omnium suorum excellens studium profitebatur: 3, 34, 4; ¶ Bibulus . . . sicuti mari portibusque Caesarem prohibebat, ita ipse omni terra ⟨ipse ora maritima *Paul*⟩ earum regionum prohibebatur: 3, 15, 1.

β): interim Trinobantes, prope firmissima earum regionum ciuitas, . . . legatos ad Caesarem mittunt: V 20, 1; ¶ medium . . regionum earum: IV 19, 3 *u.* **b)** obtinere; ¶ Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum magno proposito praemio cum litteris mittit: 1, 17, 1; qui erant pabulandi aut frumentandi causa progressi, hos leuis armaturae Lusitani peritique earum regionum caetrati ⟨*del.*

Paul⟩ citerioris Hispaniae consectabantur: 1, 48, 7.

e) abl.: Cassiuellaunus ... iis ⟨*c*⟩ regionibus, quibus nos iter facturos cognouerat, pecora atque homines ex agris in siluas compellebat: V 19, 1; — nuntiosque ad eum celeriter mittit, quibus regionibus exercitum exposuisset: 3, 29, 4.

(1, 25, 3 *u.* **f)** α).**)**

f) c. praep.; α) **ab:** Domitius per se circiter XX cohortes Alba ⟨Albam *Göler*⟩, ex Marsis et Paelignis, finitimis ab regionibus coegerat: 1, 15, 7; ¶ comportare: 3, 42, 2 *u.* **b)** tenere; ¶ quo facilius omne Hadriaticum mare ab ⟨*add. Paul;* occupatis *add. Pluyg.; om. x; edd.*⟩ extremis Italiae partibus regionibusque Graeciae in potestate haberet atque ex utraque parte bellum administrare posset: 1, 25, 3; ¶ **(**haec insula ... a superioribus regibus ⟨O^1; regionibus *x; edd.*⟩ in longitudinem passuum DCCCC in mare iactis molibus angusto itinere *ut ponte cum oppido coniungitur: 3, 112, 2.**)**

(VII 13, 3 *u.* ε).**)**

β) **contra:** auxilia ex Britannia, quae contra eas regiones posita est, arcessunt ⟨auxilia ... arcessunt *om.* β⟩: III 9, 10.

γ) **ex; αα) pendet ex uerbis:** ipsi ex finitimis regionibus copias cogere ... coeperunt: VII 55, 9; ¶ frumenti uim maximam ex Thessalia, Asia, Aegypto, Creta, Cyrenis reliquisque ⟨que *om. l*⟩ regionibus ⟨reliquisque reg. *aut delend. aut accuratius definiend. censet Kraff.*⟩ comparauerat: 3, 5, 1; ¶ item ex finitimis regionibus quas potest contrahit cohortes ex dilectibus Pompeianis: 1, 15, 5; ¶ frumentum ex finitimis regionibus atque ⟨ex *add.* O^1; *edd.*; in *add. afh; om. l*⟩ omnibus castellis in urbem conuexerant ⟨euex. a^1⟩: 1, 34, 5; ¶ (Gallicis nauibus,) quas ex Pictonibus ⟨*c*⟩ et Santonis reliquisque pacatis regionibus conuenire iusserat: III 11, 5; huc naues undique ex finitimis regionibus ... iubet conuenire: IV 21, 4; ¶ qui nisi decedat atque exercitum deducat ex his regionibus, sese illum ... pro ⟨*c*⟩ hoste habiturum: I 44, 11; ¶ **(**euocare: III 20, 2 *u.* **c)**;**)** ¶ relinquebatur, ut ex longinquioribus regionibus Galliae Picenique et a freto naues essent expectandae: 1, 29, 2; ¶ est enim ⟨*c*⟩ hoc Gallicae consuetudinis, uti et uiatores etiam inuitos consistere cogant ... et mercatores ... uulgus circumsistat quibusque ex regionibus ueniant quasque ibi res cognouerint pronuntiare cogat ⟨*c*⟩: IV 5, 2.

ββ): tantusque terror incidit eius exercitui ⟨*c*⟩ ..., ut paene omnes ex ⟨*Jurin.*; in *x*⟩ Epiro finitimisque regionibus signa relinquerent, complures arma proicerent: 3, 13, 2.

γγ): quod ... grauis autumnus in Apulia circumque Brundisium ex ⟨et *a*⟩ saluberrimis Galliae et Hispaniae regionibus omnem exercitum ualetudine temptauerat: 3, 2, 3.

δ) **in c. acc.:** prius ad continentem uisus ⟨*c*⟩ est Caesar, quam de eius aduentu fama omnino in eas regiones perferretur: 3, 7, 3; ¶ illi omnia experti ... reuerti se in suas sedes regionesque simulauerunt: IV 4, 4.

ε) **in c. abl.:** oppidum Auaricum, quod erat maximum munitissimumque in ⟨a β⟩ finibus Biturigum atque agri fertilissima regione: VII 13, 3; ¶ cuiusque auctoritas in his ⟨is *BM*⟩ regionibus magni habebatur: IV 21, 7; ¶ nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum: V 12, 5.

ζ) **per:** ubi ... inlustrior incidit res, clamore per agros regionesque significant: VII 3, 2.

η) **praeter:** IV 20, 3 *u.* **a)** esse.

Agri regionesque: VII 3, 2; regiones atque pagi: VI 23, 5; regiones partesque: VI 43, 6; (1, 25, 3;) sedes regionesque: IV 4, 4.

Adiect.: aequissimae: VII 74, 1; aliae: VI 43, 6; diuersae: VI 25, 3; extremae: 1, 25, 3; fertilissima: VII 13, 3; finitimae *u.* **finitimus** *p. 1308 sq. (7 loc.)*; latissimae: 3, 44, 2; longinquiores: 1, 29, 2; maritima(e): V 14, 1; — V 12, 5; media: VI 13, 10; mediterraneae: V 12, 5; (omnis: V 14, 1;) omnes: IV 21, 9; 3, 42, 2; 61, 2; pacatae: III 11, 5; propinquae: 3, 34, 2; recta: VI 25, 2; VII 46, 1; reliquae: III 11, 5; 3, 5, 1; saluberrimae: 3, 2, 3; (suae: IV 4, 4;) **(**superiores: 3, 112, 2.**)**

regius. 1. adiect.: regem ut in sua potestate haberet Caesar *effecit magnam[que] regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans et ut potius priuato paucorum et latronum ⟨*CC*⟩ quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; ¶ amici regis ... timore adducti, ... sollicitato exercitu regio ne ⟨ne soll. exerc. regionem *O*⟩ Pompeius Alexandriam Aegyptumque occuparet: 3, 104, 1; subito exercitus regius equitatusque omnis uenire Alexandriam nuntiatur: 3, 109, 1; ¶ Alexandriae ... concursum ad se fieri uidet, quod fasces anteferrentur. in hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui praedicabat: 3, 106, 4; ¶ in hoc tractu

oppidi pars erat regiae ⟨*CC*⟩ exigua . . . et theatrum coniunctum domui, quod ⟨*del. EHfm.; Db.*⟩ arcis tenebat locum aditusque habebat ad portum et ad † reliqua ⟨regia *Morus*; regiae *Paul*⟩ naualia: 3, 112, 8; ¶ nomen: 3, 109, 6 *u.* consilium; ¶ cum singuli magistratus antiquitus creari atque regiam potestatem annum ⟨annuam β⟩ obtinere consuessent: VII 32, 3; ¶ Achillam ⟨in *add. x*⟩, praefectum regium, ⟨singium (signium a^1) *add. x*⟩ singulari hominem audacia, et L. Septimium . . . ad interficiendum Pompeium miserunt: 3, 104, 2.

2. (subst.) regia: in hoc tractu ⟨*Faern.*; nec tractu *x*; haec tractu *Np.*; nec tractus *E. Hoffm.*; *Db.*⟩ oppidi pars erat regiae ⟨regia *O*; *Db.*; *E. Hfm.*⟩ exigua, in quam ⟨in qua *O*⟩ ipse habitandi causa initio erat inductus: 3, 112, 8; ¶ filia minor Ptolomaei regis uacuam possessionem regni sperans ad ⟨*c*⟩ Achillam ⟨*c*⟩ sese ex regia traiecit: 3, 112, 9.

regno: tertium iam hunc (Tasgetium) annum regnantem inimici ⟨*c*⟩ palam ⟨*o*⟩ multis ex ciuitate auctoribus ⟨*e*⟩ interfecerunt ⟨*u. CC*⟩: V 25, 3; (ne qua ⟨*c*⟩ oriatur pecuniae ⟨regnandi *Hartz*⟩ cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur: VI 22, 3.)

regnum. A. = regium imperium, regia dignitas, dominatio; a) obi.: Vercingetorix, . . . cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat et ob eam causam, quod regnum adpetebat, a ⟨*c*⟩ ciuitate erat interfectus ⟨*c*⟩: VII 4, 1; ¶ se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat: I 3, 7; ¶ Dumnorix dixerat sibi a Caesare regnum ciuitatis deferri: V 6, 2; ¶ persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu . . . amicus appellatus erat, ut regnum in ciuitate sua occuparet, quod pater ante habuerat ⟨quod . . . habuerat *del. Kraff.*; habuerat *om. h*⟩: I 3, 4; regnum illum (Vercingetorigem) Galliae malle Caesaris concessu quam ipsorum habere beneficio: VII 20, 2; ¶ obtinere *u.* **obtineo** *p. 874* **A. a)** *et* **B.** *(5 + 1 loc.)*; ¶ occupare *u.* **occupo** *p. 880* **α)** *(3 loc.)*; ¶ cuius (Mandubracii) pater in ea ciuitate regnum obtinuerat ⟨tenuerat β⟩ interfectusque erat a Cassiuellauno: V 20, 1.

b) genet.: is (Orgetorix) M. Messala et M. ⟨*c*⟩ Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit: I 2, 1; (Dumnorix) cupiditate regni adductus nouis rebus studebat: I 9, 3; ¶ filia minor Ptolomaei regis uacuam possessionem regni sperans ad ⟨*c*⟩ Achillam ⟨*c*⟩ sese ex regia traiecit unaque bellum administrare coepit: 3, 112, 9; ¶ procuratio (3, 104, 1), (procurator (3, 112, 11)) *u.* **B. c).**

c) c. praep.: imperio populi Romani non modo de regno, sed etiam de ea quam habeat gratia desperare (Dumnorigem): I 18, 9.

B. = imperii fines; a) obi.: legem promulgauerat, qua lege regnum Iubae publicauerat: 2, 25, 4.

b) dat.: qui (Aduatuci) erant eius regno finitimi: V 38, 1.

c) genet.: (curatio: 3, 104, 1 *u.* procuratio;) ¶ qui (Ambiorix et Catuuolcus) cum ad fines regni sui Sabino Cottaeque praesto fuissent: V 26, 2; ¶ amici regis, qui propter aetatem eius in procuratione ⟨*fhl*; *Db.*; curatione *a*; *Np.*, *Dt.*⟩ erant regni, . . . palam liberaliter responderunt: 3, 104, 1; erat in procuratione regni propter aetatem pueri nutricius eius, eunuchus, nomine Pothinus: 3, 108, 1; ¶ (Pothinus ⟨nutricius pueri et procurator regni, in parte ⟨partem *a*; partes h^1⟩ Caesaris *add. codd.*; *Np.*, *Dt.*; *del. FHfm.*; *Db.*⟩, cum ad Achillam nuntios mitteret . . ., a Caesare est interfectus: 3, 112, 11.)

d) abl.: regno expellere *u.* **expello A. a) β)** *p. 1229 (3 loc.).*

e) c. praep.; α) in c. acc.: praemittere: 2, 44, 2 *u.* remittere; ¶ (Iuba) quae fieri uellet Vticae constituit atque imperauit diebusque ⟨*c*⟩ post paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit: 2, 44, 3; ¶ inueterauerant hi omnes compluribus Alexandriae bellis, Ptolomaeum patrem in regnum reduxerant: 3, 110, 6; ¶ quarum cohortium milites . . . Iuba conspicatus suam esse praedicans praedam ⟨*c*⟩ magnam partem eorum interfici iussit, paucos electos in regnum remisit ⟨praemisit *Hartz*⟩: 2, 44, 2.

β) in c. abl.: audit Iubam reuocatum finitimo bello et controuersiis Leptitanorum restitisse in regno: 2, 38, 1.

C. = domus regia, reges: Caesar . . . cum audisset Pompeium Cypri uisum, coniectans eum **in* Aegyptum iter habere propter necessitudines regni ⟨regum *Pluyg.*⟩ reliquasque eius loci oportunitates, cum legione . . . Alexandriam peruenit: 3, 106, 1.

rego. A. propr.: quod tantas tempestates Oceani tantosque impetus uentorum sustineri ⟨sustinere α⟩ ac tanta onera nauium regi

uelis non satis commode posse ⟨*om.* β⟩ arbitrabantur: III 13, 6.

B. trsl.; a): habent opinionem . . . Iouem imperium caelestium tenere, Martem bella regere ⟨gerere *M*[a]*h*⟩: VI 17, 2.

b): Scipionem ea esse auctoritate, ut non solum libere quae probasset exponere, sed etiam ex magna parte compellare ⟨*c*⟩ atque errantem regere ⟨corrig. *f*⟩ posset: 3, 57, 3.

regredior: (milites) in locum iniquum progressi rursus ⟨regressos ac *add.* *B*[a]*(a?)fh*⟩ resistentes hostes redintegrato proelio in fugam coniecerunt ⟨*c*⟩: II 23, 2; ¶ (ipse (Caesar) paulum ex eo loco cum legione progressus ⟨regressus *Göl.*⟩, ubi constiterat, euentum pugnae exspectabat: VII 49, 3;) — in illum (Pulionem) uniuersi ⟨*o*⟩ tela coiciunt neque dant regrediendi ⟨progrediendi β⟩ facultatem: V 44, 6; ¶ illi autem hoc acrius instabant neque regredi nostros patiebantur: 3, 45, 5.

regula: ad extremum musculi tectum ⟨tectique *af*⟩ trabesque ⟨que *om. Oa*⟩ extremas quadratas regulas IIII patentes digitos defigunt, quae lateres, qui super musculo ⟨*P. Man.;* musculos *x; del. Np.*⟩ struantur, contineant: 2, 10, 4.

reicio. A. = iacere alqd eo, unde uenit: Caesari nuntiatum est equites Ariouisti . . . lapides telaque in nostros coicere. Caesar . . . suis . . imperauit, ne quod omnino telum in hostes reicerent: I 46, 2; ¶¶ ibi cognoscit LX naues . . . tempestate reiectas cursum tenere non potuisse atque eodem, unde erant profectae, reuertisse: V 5, 2; uti . . . perpaucae (naues) locum caperent, reliquae fere omnes reicerentur ⟨β; reficerentur α⟩: V 23, 4.

B. = repellere; a) propr.: ipsi confertissima acie ⟨confert. ac. *del. Paul*⟩ reiecto nostro equitatu phalange facta sub primam nostram aciem successerunt: I 24, 5; ¶ (hostes ⟨*c*⟩ in fugam coniecti se ipsi multitudine impediunt atque angustioribus portis relictis ⟨reiecti *Paul*⟩ coartantur ⟨*c*⟩: VII 70, 3;) ¶¶ crebrae . . . eruptiones fiebant . . . ignesque aggeri . . . inferebantur; quae facile nostri milites repellebant magnisque ultro inlatis detrimentis eos, qui eruptionem fecerant, in oppidum reiciebant: 2, 2, 6; ¶ (Caesar ueritus, ne (nostri) non reducti, sed deiecti ⟨*NOx;* reiecti *reco.; edd.*⟩ uiderentur maiusque detrimentum caperetur, . . . tuba signum dari . . . iussit: 3, 46, 4;) ¶ occisis ad hominum milibus quattuor reliqui in oppidum reiecti sunt: II 33, 5.

b) trsl. (= abigere, extrudere, relegare): qui, si per te liceat, perendino die cum proximis hibernis coniuncti communem cum reliquis belli casum sustineant, non reiecti et relegati longe a ⟨*c*⟩ ceteris aut ferro aut fame intereant: V 30, 3.

C. = post tergum iacere: hostes repente . . . procurrerunt, ut spatium pila ⟨*o*⟩ in hostes coiciendi non daretur. reiectis ⟨relictis *B*[a]β⟩ pilis comminus gladiis pugnatum est: I 52, 4.

D. = delegare, deferre, transferre (trsl.): *Libo neque legatos Caesaris recipere neque periculum praestare eorum, sed totam rem ad Pompeium reicere. unum instare ⟨reicere unum; instare *Paul*⟩ de indutiis uehementissimeque contendere: 3, 17, 5.

[**Falso:** qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat ⟨reiciebat *NOx*⟩: 3, 27, 1.]

(**reiculus:** hunc facilem et cotidianum nouisse sermonem nunc pro relicto est habendum ⟨num pro reiiculo est habendum? *Madu.; Eberh.*⟩: *ap. Cic. Brut.* 253.)

relanguesco: (Neruios) nihil pati uini reliquarumque rerum ad ⟨*c*⟩ luxuriam ⟨*o*⟩ pertinentium ⟨*o*⟩ inferri, quod his ⟨*o*⟩ rebus relanguescere animos ⟨eorum *add.* α; *Schn., Db., Fr.; om. (a?h?) Np., Dt., Hold.*⟩ et ⟨*c*⟩ remitti uirtutem ⟨*o*⟩ existimarent: II 15, 4.

relego: V 30, 3 *u.* **reicio B. b).**

religio. *Cf. Divers, Sur la religion des Gaulois. (Congrès scientifique de France. 3*[e] *session, p. 212 sqq.) Douai 1836. 8°.*

A. pertinet ad res diuinas; a) = hominum in deos officia: illi (druides) rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur: VI 13, 4; — neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione ⟨relegione *A*⟩ aut capta apud ⟨*c*⟩ se ⟨*c*⟩ occultare aut posita tollere auderet: VI 17, 5.

b) = superstitio: natio est omnium ⟨omnis β; *Np., Fr.*⟩ Gallorum admodum dedita religionibus ⟨releg. *A,Bpr.*⟩: VI 16, 1.

c) = iuris iurandi fides; α) subi.: sic *terror *oblatus a ducibus, crudelitas in supplicio, noua religio iuris iurandi spem praesentis deditionis sustulit mentesque militum conuertit et rem ad pristinam belli rationem redegit: 1, 76, 5.

β) obi.: relinquitur ⟨fingitur *Paul*⟩ noua religio ⟨*om. a*⟩, ut eo neglecto sacramento, quo tenemini, respiciatis illud, quod deditione ducis et capitis deminutione sublatum est: 2, 32, 9.

γ) dat.: nocturnaque proelia esse uitanda, quod perterritus miles in ciuili dissensione

timori magis quam religioni consulere consuerit ⟨c⟩: 1, 67, 3.

δ) c. praep.: tirones . . . iure iurando accepto nihil iis ⟨c⟩ nocituros hostes se Otacilio dediderunt. qui omnes ad eum perducti ⟨c⟩ contra religionem iuris iurandi in eius conspectu ⟨c⟩ crudelissime interficiuntur: 3, 28, 4.

B. = scrupulus; a) obi.: plerique nouas sibi ex loco religiones fingunt: VI 37, 8; ¶ non . . . recordabantur, quam paruulae saepe causae uel falsae suspicionis uel terroris repentini uel obiectae religionis magna detrimenta intulissent: 3, 72, 4.

b) abl.: (Dumnorix) petere contendit, ut in Gallia relinqueretur, partim quod insuetus nauigandi mare timeret, partim quod religionibus impediri sese diceret ⟨sese dic. imped. β⟩: V 6, 3; ¶ ut (Pompeius), si peracto consulatu ⟨c⟩ Caesaris non ⟨c⟩ profectus ⟨c⟩ esset, nulla tamen mendacii religione obstrictus uideretur: 1, 11, 2.

[**Falso:** tali modo uastatis ⟨factis β⟩ regionibus ⟨religionibus β⟩ exercitum Caesar . . . reducit: VI 44, 1.]

religo: si quando nostri facultatem nacti ferreis manibus iniectis nauem ⟨nauim *af*⟩ religauerant, undique suis laborantibus succurrebant: 2, 6, 2; (neque naues ad terram deligandi ⟨*Pluyg.*; religandi *x*; *edd.*⟩ potestas fiebat: 3, 15, 2;) ¶ easque (storias) ex tribus partibus . . . in ⟨*add. Paul*⟩ eminentibus ⟨immin. *hl*⟩ trabibus circum turrim ⟨c⟩ praependentes religauerunt: 2, 9, 4; ¶ eo super tigna bipedalia iniciunt eaque laminis clauisque religant: 2, 10, 3; ¶ supraque ea tigna derecto ⟨c⟩ transuersas trabes iniecerunt easque ⟨c⟩ axibus religauerunt: 2, 9, 2.

relinquo. I. Forma: relincunt *scriptum est in Q* V 49, 1; relinqunt *in Ba* VI 35, 10, *in Al* VII 42, 1, *in a* III 6, 1; — relinquid *inuenitur in BM* (reliquid *in A*) VI 38, 4, *in AQ* VI 6, 4, *in a* 3, 29, 3; reliquid *exstat in Bpr., Qa* I 49, 5, *in BQ* V 11, 7, *in Bpr. Q* I 51, 1, *in Aa* V 2, 3, *in AQ* VI 32, 5, *in Q* II 5, 6, *in a* 1, 41, 2 *et* 2, 24, 2 *et* 3, 67, 2, *in l* VII 34, 2.

II. Significatio; A. = καταλείπειν (zurücklassen); a) ita, ut ipse discedat, qui alqd relinquit; α) additur obiectum; αα) appellat.: (auxilia: I 49, 5 *u.* partem;) ¶ (Varus) terrore exercitus cognito bucinatore in castris et paucis ad speciem tabernaculis ⟨-li *x*⟩ relictis . . . exercitum in oppidum reducit: 2, 35, 7; ¶ cohortes *u.* **cohors** *p. 591 sq. (15 (18) loc.);* ¶ subductis nauibus . . . easdem copias quas ⟨quae β⟩ ante praesidio nauibus ⟨fuerant *add.* β⟩ relinquit ⟨*hk;* reliquit *αa*⟩, ipse . . . proficiscitur: V 11, 7; insimulatus, . . . quod sine imperio tantas copias reliquisset: VII 20, 1; ¶ legati milites ex opere deducunt ⟨c⟩ . . ., operibus ⟨operis *Na*⟩ custodias relinquunt: 2, 13, 1; ¶ (equitatum: VI 6, 4 *u.* ββ) 𝔄) Commium;) ¶ equites *u.* **eques** *p. 1030 (2 (4) loc. except.* 1, 41, 1;) ¶ quod ibi impedimenta exercitus, obsides ciuitatum, litteras publicas frumentumque omne, quod eo tolerandae hiemis causa deuexerat, relinquebat: V 47, 2; explicitius ⟨c⟩ uidebatur Ilerdam reuerti, quod ibi paulum frumenti reliquerant: 1, 78, 3; ¶ hostes *u.* **hostis** *p. 1533 (3 loc.);* ¶ impedimenta *u.* **impedimentum** *p. 59* **b):** V 47, 2; VII 10, 4; 62, 10; 1, 41, 2; 3, 6, 1; (76, 2;) ¶ legatum *u.* **legatus** *p. 428 (sq.) (8 loc.);* ¶ legiones (-em) *u.* **legio** *p. 439 sq. (8 (13) loc.);* ¶ litteras: V 47, 2 *u.* frumentum; ¶ quoniam prope ad finem laborum ac periculorum esset peruentum, aequo animo mancipia atque impedimenta in Italia relinquerent (milites): 3, 6, 1; ¶ milia: II 29, 4 *u.* β) *extr.;* (V 8, 1 *u.* ββ) 𝔄) Labienum;) ¶ milites *u.* **miles** *p. 585 (5 loc.);* ¶ naues: V 9, 1 *u.* β) deligatas; naues onerarias XXX a M. Antonio relictas intra portum adgressus omnes incendit: 3, 40, 5; ¶ hos (milites Pompeius) certo signo reuocare constituit, cum omnes milites naues conscendissent, atque iis ⟨c⟩ expedito loco actuaria nauigia relinquit: 1, 27, 6; ¶ ipse cum quinque legionibus et pari numero equitum, quem in continenti reliquerat ⟨relinquebat β⟩, . . . soluit: V 8, 2; ¶ obsides: V 47, 2 *u.* frumentum; ¶ munitis castris duas ibi legiones reliquit et partem auxiliorum: I 49, 5; alii, quod subito consilium profectionis ceperant magna ⟨in *add.* a^1⟩ parte impedimentorum et sarcinarum relicta, ad haec repetenda . . . uallum relinquebant: 3, 76, 2; ¶ (Antonius) pontones, quod est genus nauium Gallicarum, Lissi relinquit ⟨reliquit *l*⟩, hoc consilio, ut . . . aliquam Caesar ad insequendum facultatem haberet: 3, 29, 3; ¶ Germani quam nacti erant praedam in occulto relinquunt: VI 35, 10; ¶ praesidium *u.* **praesidium** *p. 1180* α) *(10 (11) loc.);* ¶ ex quibus (principibus) perpaucos ⟨paucos *AQ*⟩, quorum in se fidem perspexerat, relinquere in Gallia, reliquos obsidum loco secum ducere decreuerat: V 5, 4; ¶ his rebus cognitis Mar-

cius ⟨martius *x*⟩ Rufus quaestor in castris ⟨castra *af*⟩ relictus a Curione cohortatur suos: 2,43,1; ¶ (sarcinas: 3,76,2 *u.* pars;) ¶ Labienus eo supplemento, quod nuper ex Italia uenerat, relicto Agedinci, ut esset impedimentis praesidio, . . . Lutetiam proficiscitur: VII 57,1; ¶ tabernacula: 2,35,7 *u.* bucinatorem; ¶ tabulae testamenti . . . alterae eodem exemplo relictae atque obsignatae Alexandriae proferebantur: 3,108,4.

ββ) nom. propr.; 𝔄): ibi (Curio) C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus reliquit ⟨relinquit?⟩: 2,24,2; ¶ his confirmatis rebus Commium Atrebatem cum equitatu custodis loco in Menapiis relinquit: VI 6,4; ¶ ille (Dumnorix) omnibus primo ⟨*o*⟩ precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur: V 6,3; ¶ C. ⟨β; *om.* α; *Schn.*, *Fr.*, *Db.*⟩ Fabium legatum cum legionibus duabus castris praesidio relinquit ⟨reliquit *af*⟩: VII 40, 3; ¶ quo iter expeditius faceret, M. ⟨in *a*⟩ Fauonium ⟨fabon. *x*⟩ ad flumen Aliacmonem . . . cum cohortibus VIII praesidio impedimentis legionum ⟨*Glar.*; legionis *x*⟩ reliquit castellumque ibi muniri iussit: 3,36,3; ¶ his rebus gestis Labieno in continenti ⟨*c*⟩ cum tribus legionibus et equitum milibus duobus relicto, ut portus tueretur et rem ⟨*c*⟩ frumentariam ⟨*c*⟩ prouideret quaeque in Gallia gererentur ⟨*c*⟩ cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, ipse . . . naues soluit: V 8,1; ¶ hoc confecto negotio D. Laelium ab Asiatica classe abductum reliquit ⟨relinquit *Paul*⟩, qui commeatus Byllide ⟨*c*⟩ atque Amantia ⟨*c*⟩ importari in oppidum prohibebat ⟨prohibeat *Np.*⟩: 3,40,5; ¶ Marcium: 2,43,1 *u.* **αα)** quaestor; ¶ Rebilum: 2,24,2 *u.* Caninium; ¶ Rufum: 2, 43,1 *u.* **αα)** quaestor; ¶ in altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit ⟨reliquit *QB²af; Flod.*⟩: II 5,6; ¶ ad T. Sextium legatum, quem minoribus castris praesidio reliquerat, misit: VII 49,1; ¶ (Sulla a Caesare ⟨praesidio *add. Dt.*⟩ castris praefectus ⟨*Forchh.*; relictis *a¹*; relictus *fhl*; *Np.*, *Dt.*; in castris relictus *Paul*⟩ liberatis suis hoc fuit contentus: 3,51, 5;) ¶ Titurium: II 5,6 *u.* Sabinum; ¶ ea qui conficeret C. Trebonium legatum relinquit ⟨reliquit *A¹*⟩, ipse ut quam primum iter faceret ⟨*c*⟩: VII 11,3; C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliae relinquit ⟨reliquit *Ob*⟩: 1,36,5; C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Massiliae relictus erat: 2, 1,1.

(𝔅): D (equites) ex Gabinianis Alexandria, Gallos Germanosque, quos ibi A. Gabinius praesidii causa apud regem Ptolomaeum reliquerat, Pompeius filius . . . adduxerat: 3, 4,4.)

γγ) adiectiua, pronom., sim.: multi domum discesserunt, multi sunt relicti in continenti ⟨continentia *af*⟩: 3,87,3; ¶ paulum frumenti: 1,78,3 *u.* **αα)** frumentum; ¶ ii ⟨*c*⟩, qui in ⟨*a*; *om.* *ah*; *edd.*⟩ praesidio ⟨praesidio *del. Paul*⟩ contra castra Labieni ⟨β; contra labienum α⟩ erant relicti, cum proelium commissum audissent, subsidio suis ierunt: VII 62, 8; ¶ illorum esse praedam atque illis reseruari ⟨seruari β⟩ quaecumque Romani reliquissent: V 34,1; ¶ cum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset ⟨*c*⟩, quid ex instrumento hibernorum relinquere cogeretur: V 31,4; ¶ postridie eius diei Caesar praesidium ⟨praesidio *B²*β⟩ utrisque castris quod satis esse uisum est reliquit: I 51,1; ¶ animaduertit . . . hostem . . . uias obsidere et castris satis praesidii relinquere: III 23,7; huic rei quod satis esse uisum est militum reliquit ⟨relinquit *B*⟩: V 2,3.

β) c. duplici accus. (nom.): complures erant ⟨in castris *add.* β; *Schn.*⟩ ex legionibus aegri relicti: VI 36,3; erat aeger in ⟨β; *Schn.*, *Fr.*; cum α; *rell. edd.*⟩ praesidio relictus P. ⟨*c*⟩ Sextius Baculus: VI 38,1; ¶ eo minus ueritus nauibus, quod in litore molli atque aperto deligatas ad ancoras ⟨β; ancoram α; *edd.*⟩ relinquebat: V 9,1; ¶ Morini, quos Caesar in Britanniam proficiscens pacatos reliquerat: IV 37,1.

qui . . . custodiam ⟨custodiae *B²*β⟩ ex suis ac praesidium ⟨praesidio *B²*β; *Schn.*; praesidia *Q*⟩ sex milia hominum una reliquerunt ⟨-rant *ed. pr.*⟩: II 29,4.

sine imperio . . copias: VII 20,1 *u.* **α) αα)** copias.

b) ita, ut ipsi eodem loco maneamus, ubi alqd relinquimus (= retinere): equitatus partem illi (Labieno) attribuit, partem sibi reliquit: VII 34,2; ¶ eo biduo Caesar cum equitibus DCCCC, quos sibi ⟨*O & f?*; ibi *ahl*⟩ praesidio reliquerat ⟨retinuerat *Kindsch.*; *sed cf. Xen. Anab.* V 2,21 *καταλιπόντες*⟩, in castra peruenit: 1,41,1; ¶ Cassiuellaunus . . . dimissis amplioribus copiis milibus circiter quattuor essedariorum relictis itinera nostra seruabat: V 19,1.

c) ut non attingat id, quod petit, qui alqd reliquisse dicitur: (Caesar) cursum non tenuit

et longius delatus aestu ⟨c⟩ orta luce sub sinistra Britanniam relictam conspexit: V 8, 2.

B. = ὑπολείπειν, reliquum facere, übrig lassen; sequitur a) obiectum; α) subst.: una ex parte leniter adcliuis aditus ⟨additus β⟩ in latitudinem ⟨c⟩ non amplius ducentorum ⟨c⟩ pedum ⟨c⟩ relinquebatur: II 29, 3; ¶ Cimbri ... iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt: VII 77, 14; ¶ quod ... uirtute eorum expiato incommodo neque hostibus diutina laetitia ⟨β; laetatio α; *edd.*⟩ neque ipsis longior dolor relinquatur: V 52, 6; ¶ (milites) eruptione facta neque cognoscendi quid fieret neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt: III 6, 1; ¶ sex tabulata exstruxerunt (legionarii) fenestrasque quibus in locis uisum est ad tormenta mittenda in struendo ⟨instruenda O^1af⟩ reliquerunt: 2, 9, 8; ¶ iura: VII 77, 14 *u.* agros; nec tribunis plebis sui periculi deprecandi neque etiam extremi iuris [intercessione] retinendi, quod L. Sulla reliquerat ⟨quod L. S. rel. *del. Kindsch.; Dt.*⟩, facultas tribuitur: 1, 5, 1; ¶ laetitia ⟨laetatio α⟩: V 52, 6 *u.* dolor; ¶ leges, libertatem: VII 77, 14 *u.* agros; ¶ locum *u.* **locus** *p. 491 extr. et 492 (4 loc.);* ¶ cognoscit non decimum quemque ⟨quemquam β⟩ esse reliquum ⟨relictum β⟩ militem sine uulnere: V 52, 2; ¶ quos equitatus ... consectatus ex milium L numero ⟨c⟩, quae ... conuenisse constabat, uix quarta parte relicta multa nocte se ... recepit ⟨c⟩: III 26, 6; duas partes acies occupabant duae; tertia uacabat ⟨c⟩ ad incursum atque impetum militum relicta: 1, 82, 4; Caesar etsi multis necessariisque rebus in Italiam ⟨c⟩ reuocabatur, tamen constituerat nullam partem belli in Hispaniis relinquere: 2, 18, 7; ¶ portas *u.* **porta** A. *p. 1119 (3 loc.);* ¶ relinquitur ⟨fingitur *Paul*⟩ noua religio ⟨*om. a*⟩, ut eo neglecto sacramento, quo tenemini, respiciatis illud, quod deditione ducis ... sublatum est: 2, 32, 9; ¶ mediocri spatio relicto Pulio pilum in hostes immittit ⟨c⟩: V 44, 6; Haedui primis ⟨c⟩ nuntiis ab ⟨c⟩ Litauicco acceptis nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt: VII 42, 1; inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus: 3, 92, 1; ¶ omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt arbores tantum, ut summa species earum stantium relinquatur: VI 27, 4; ¶ omnemque aciem suam raedis et carris circumdederunt, ne qua spes in fuga ⟨spes fugae *Pr.*⟩ relinqueretur: I 51, 2; ¶ quod magna parte diei consumpta munitioni castrorum tempus relinqui uolebat: V 9, 8; ipse Cicero, cum tenuissima ualetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat: V 40, 7; ¶ quod eo loco plures erat legiones habiturus, relicto interiore uallo maiorem adiecerat munitionem: 3, 66, 4; ¶ relinquebatur una per Sequanos uia, qua Sequanis inuitis ... ire non poterant: I 9, 1.

β) adiect., pron., sim.: nihil: 1, 63, 2 *u.* **c)**; ¶ quos (hostes) impeditos ⟨c⟩ ... milites nostri consecuti magnum numerum eorum occiderunt, reliquos equites ⟨c⟩ consectati paucos, qui ex fuga euaserant, reliquerunt ⟨reliquos ... reliquerunt *del. Th. Bentl.*⟩: III 19, 4; ¶ ut nullus ⟨c⟩ perfidiae neque eruptioni locus esset nec quicquam omnino relinqueretur, qua aut telis ⟨c⟩ militibus aut igni operibus noceri posset: 2, 16, 1; ¶ tantum spatii: 3, 92, 1 *u.* α) spatium.

b) dupl. acc.: Sullam nudata omnibus rebus tribunicia potestate tamen intercessionem liberam reliquisse: 1, 7, 3; ¶ inferiore omni spatio uacuo relicto superiorem ⟨omni ... superior. *om. AQ*⟩ partem collis ... densissimis castris compleuerunt: VII 46, 3.

militem sine uulnere: V 52, 2 *u.* **a) α)** militem.

proximique (Belgae) sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt: I 1, 4; una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano ⟨*c*⟩, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Heluetiis flumen Rhenum: I 1, 5; Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: I 1, 6; undique loci natura Heluetii continentur: una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo, qui agrum Heluetium a Germanis diuidit: I 2, 3; Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant . . ., socios sibi adsciscunt: I 5, 4; circiter hominum milia sex . . . e castris Heluetiorum egressi ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt: I 27, 4; ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, **ex* suis finibus in Heluetiorum fines transirent: I 28, 4; horum (Germanorum) primo circiter milia XV Rhenum transisse: I 31, 5; *cf. qu. sqq.;* futurum esse paucis annis, uti . . . omnes Germani Rhenum transirent: I 31, 11; Caesarem . . . deterrere posse, ne maior multitudo Germanorum Rhenum traducatur ⟨*c*⟩: I 31, 16; paulatim autem Germanos consuescere Rhenum transire . . . populo R. periculosum uidebat: I 33, 3; ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam traduceret: I 35, 3; Treueri autem (ueniebant questum) pagos centum Sueborum ad ripas Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur: I 37, 3; si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at ne quos amplius Rhenum transire pateretur: I 43, 9; transisse Rhenum ⟨*om.* β⟩ sese ⟨se *h; om.* a^1*f*⟩ non sua sponte, sed rogatum et arcessitum ⟨*c*⟩ a Gallis: I 44, 2; neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter quinque ⟨*CC*⟩ peruenerunt ⟨*c*⟩. ibi perpauci aut uiribus confisi tranare ⟨*c*⟩ contenderunt aut lintribus inuentis sibi salutem reppererunt: I 53, 1. 2; hoc proelio trans Rhenum nuntiato Suebi, qui ad ripas Rheni uenerant, domum reuerti coeperunt. quos ubi ⟨Vbii *Rhenanus*⟩ qui proximi Rhenum incolunt perterritos senserunt ⟨*del. Rhenanus*⟩, insecuti magnum ex iis ⟨*c*⟩ numerum occiderunt: I 54, 1; reliquos omnes Belgas in armis esse Germanosque, qui cis Rhenum ⟨qui ripas rheni β⟩ incolant ⟨incolunt B^2β⟩, sese cum his coniunxisse: II 3, 4; plerosque Belgas esse ortos a ⟨*c*⟩ Germanis Rhenumque antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi consedisse: II 4, 1; qui (Cimbri Teutonique), cum iter in ⟨*c*⟩ . . . Italiam facerent, iis impedimentis, quae secum . . . portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis custodiam ⟨custodiae B^2β⟩ . . . sex milia hominum una reliquerunt: II 29, 4; uti ab iis ⟨*c*⟩ nationibus, quae trans Rhenum incolerent, mitterentur ⟨*c*⟩ legati ad Caesarem: II 35, 1; Labienum legatum in Treueros, qui proximi flumini ⟨*om.* β⟩ Rheno sunt, cum equitatu mittit: III 11, 1; Vsipetes Germani et ⟨*c*⟩ item Tencteri magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt non longe a mari, quo ⟨*c*⟩ Rhenus influit: IV 1, 1; (Vbii) paulo [quam] sunt eiusdem generis [et] ceteris ⟨*c*⟩ humaniores, propterea quod Rhenum attingunt: IV 3, 3; ad extremum tamen agris expulsi et multis locis Germaniae trien-

nium uagati ad Rhenum peruenerunt (Vsipetes et Tencteri). quas regiones Menapii incolebant et ⟨c⟩ ad utramque ripam fluminis agros, aedificia uicosque habebant; sed tantae multitudinis aditu ⟨c⟩ perterriti ex iis ⟨c⟩ aedificiis, quae trans flumen habuerant, demigrauerunt et cis Rhenum dispositis praesidiis Germanos transire prohibebant: IV 4, 2. 3; (*cf.* § 4;) qui (Menapii) de Germanorum discessu per exploratores certiores facti sine metu trans Rhenum in suos uicos remigrauerant ⟨c⟩: IV 4, 6; prius quam ea pars Menapiorum, quae citra Rhenum erat ⟨c⟩, certior fieret: IV 4, 7; inuitatosque eos (Vsipetes et Tencteros), uti ab Rheno discederent: IV 6, 3; Mosa . . . parte quadam ex Rheno recepta, quae appellatur Vacalus, insulam[que] efficit Batauorum [in Oceanum influit] neque longius ab *eo ⟨oceano *X*⟩ milibus passuum LXXX in Oceanum ⟨*Aldus*; rhenum *X*; *edd.*⟩ influit: IV 10, 2; Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, et longo spatio per fines Nantuatium, Heluetiorum, Sequanorum, Mediomatricum ⟨c⟩, Tribocorum ⟨c⟩, Treuerorum citatus fertur, et ubi Oceano adpropinquat ⟨c⟩, in plures diffluit ⟨c⟩ partes multis ingentibusque insulis effectis . . . multisque capitibus in Oceanum influit: IV 10, 3—5; cum omnibus suis domo excesserant Rhenumque transierant (Vsipetes et Tencteri): IV 14, 5; (Germani . . . cum ad confluentem Mosae ⟨et Rheni *add. X; edd.; del. Bergk*⟩ peruenissent, reliqua fuga desperata magno numero interfecto reliqui se in flumen praecipitauerunt atque ibi timore, lassitudine, ui fluminis oppressi perierunt: IV 15, 2;) Germanico bello confecto multis de causis Caesar statuit sibi Rhenum esse transeundum: IV 16, 1; cum intellegerent et posse et audere populi Romani exercitum Rhenum transire: IV 16, 1; illa pars equitatus Vsipetum et Tencterorum . . . post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sugambrorum receperat: IV 16, 2; populi Romani imperium Rhenum finire; si se inuito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret, cur sui quicquam esse imperii aut potestatis trans Rhenum postularet? IV 16, 4; si id facere occupationibus rei publicae ⟨c⟩ prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret: IV 16, 6; Caesar his de causis, quas commemoraui, Rhenum transire decreuerat; sed nauibus transire ⟨c⟩ neque satis tutum esse arbitrabatur, neque suae neque populi Romani dignitatis esse statuebat: IV 17, 1; *cf. qu. sqq.;* diebus omnino XVIII ⟨c⟩ trans Rhenum consumptis . . . se in Galliam recepit: IV 19, 4; haec (Treuerorum) ciuitas longe plurimum totius Galliae equitatu ualet . . . Rhenumque, ut supra demonstrauimus, tangit: V 3, 1; quae (silua Arduenna) ingenti magnitudine per medios fines Treuerorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet: V 3, 4; in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam ac ⟨c⟩ Rhenum: V 24, 4; magnam manum Germanorum conductam Rhenum transisse: V 27, 8; non hostem auctorem (se), sed rem spectare ⟨c⟩: subesse Rhenum . . .: V 29, 3; omnem esse in armis Galliam ⟨c⟩; Germanos Rhenum transisse: V 41, 3; Treueri uero atque Indutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, ciuitates sollicitarent: V 55, 1; neque tamen ulli ciuitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret: V 55, 2; Caesar postquam ex Menapiis in Treueros uenit, duabus de causis Rhenum transire constituit: VI 9, 1; *cf. qu. sqq.;* fuit antea tempus, cum . . Galli . . . propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent: VI 24, 1; per Arduennam siluam, quae est totius Galliae maxima atque ab ⟨c⟩ ripis Rheni finibusque Treuerorum ad Neruios pertinet: VI 29, 4; neue omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, unam esse causam iudicaret: VI 32, 1; trans Rhenum ad Germanos peruenit fama diripi Eburones atque ultro omnes ad praedam euocari: VI 35, 4; cogunt equitum duo milia Sugambri, qui sunt proximi Rheno. . . . transeunt ⟨c⟩ Rhenum nauibus ratibusque triginta milibus passuum infra eum locum, ubi: VI 35, 5. 6; Germani . . . cum ea praeda, quam in siluis deposuerant, trans Rhenum sese receperunt: VI 41, 1; qui (Germani) eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur: VI 42, 3; Caesar . . . trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas ciuitates, quas superioribus annis pacauerat, equitesque ab his arcessit: VII 65, 4.

Rhodanus. (*Cf. Glück p. 148.*) *Tribus locis Frigellius (III p. 22) dicit in M esse* rodanus, *in B propter lacunas uno tantum; a et h semper habere* rhodanus. *Dübner (ad p. 2 uers. 4 et 3, 3 et 6, 2 et 261, 4) adfirmat tribus fere locis in B esse* rodanus (*ut* I 2, 3), *item in a* I 10, 5, *item in Q* VII 65, 3; *Schneid.* rodanus *inueniri in f* I 1, 5; 2, 3; 6, 1. 2. 4; 8, 1. 4; 10, 5; 11, 5; 12, 1 *commemorat in libello 1839 edito; Holder testatur* I 2, 3 *in BM esse* rodano, I 33, 4 *in Bpr.*, III 1, 1 *in Apr. et Q* rodanus; *Ramorino teste in l* rodano *scriptum est* I 1, 5 *et* 2, 3; *Nipperd. deni-*

que I 10,5 *et* 12,5 *in a exstare* rodanum *dicit.*

una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna ⟨*c*⟩ flumine, Oceano, finibus Belgarum: I 1,5; (Heluetii continentur ex parte) tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui prouinciam nostram ab Heluetiis diuidit: I 2, 3; erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, uix qua singuli carri ducerentur . . .; alterum per prouinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Heluetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati ⟨*c*⟩ erant, Rhodanus fluit isque non nullis locis uado transitur: I 6,1.2; diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant: I 6,4; a lacu Lemanno, qui ⟨qua *Hotom.*⟩ in flumen Rhodanum ⟨rhodano *ah*⟩ influit ⟨qui in fl. Rh. infl. *del. Gitlbauer*⟩, ad montem Iuram . . . murum . . . perducit: I 8, 1; *cf.* § 2; Heluetii . . . nauibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii uadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, . . . si perrumpere possent conati . . . telis repulsi hoc conatu destiterunt: I 8,4; ab Allobrogibus in Segusiauos ⟨*c*⟩ exercitum ducit. hi sunt extra prouinciam trans Rhodanum primi: I 10,5; Allobroges, qui trans Rhodanum uicos possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt: I 11,5; flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate: I 12,1; praesertim cum Sequanos a prouincia nostra Rhodanus diuideret: I 33,4; Galbam cum legione XII. et parte equitatus in Nantuates ⟨*c*⟩, Veragros Sedunosque misit, qui a ⟨*c*⟩ finibus Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent: III 1,1; *cf.* § 6; Allobroges crebris ad Rhodanum dispositis praesidiis magna cum ⟨*c*⟩ cura et diligentia suos fines tuentur: VII 65,3; C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Massiliae relictus erat, duabus ex partibus aggerem . . . ad oppidum agere instituit. una erat proxima portui ⟨*c*⟩ . . ., altera ad portam ⟨*c*⟩, qua ⟨*c*⟩ est aditus ex Gallia atque Hispania, ad id mare, quod adigitur ⟨*Madu.;* adigit *z;* adiacet *Np.; edd.*⟩ ad ostium Rhodani ⟨ad id mare . . . Rhod. *del. Paul*⟩: 2,1,(1.) 2.

Rhodius: Coponius, qui Dyrrachii classi Rhodiae praeerat, naues ex portu educit: 3,26, 2; ¶ praeerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius, . . . Syriacis C. Cassius, Rhodiis C. Marcellus cum C. Coponio ⟨*Vrsin.;* pomponio *z*⟩: 3,5,3; tempore commutato tempestas et nostros texit et naues Rhodias adflixit, ita ut ad unam omnes constratae numero XVI eliderentur et naufragio interirent: 3,27,2; Caesar . . . cum legione . . . equitibusque DCCC et nauibus longis Rhodiis X et Asiaticis paucis Alexandriam peruenit: 3,106,1.

Rhodus: idem hoc L. Lentulo . . . et P. Lentulo consulari ac non nullis aliis acciderat Rhodi; qui cum ⟨rhodi quicumque *z*⟩ ex fuga Pompeium sequerentur atque in insulam uenissent, oppido ac portu recepti non erant: 3, 102,7.

ripa. *De singulari* ripa *et plur.* ripae *cf. Kran.-Dittenb. ad* I 37,3 *et Dinter, Quaest. Caesarian. (Pr. Grimma 1876) p. 21.*

A. subi.: ita ut radices montis ⟨*c*⟩ ex utraque parte ripae fluminis contingant: I 38,5.

B. obi.: ut non nequiquam tantae uirtutis homines iudicari deberet ⟨*c*⟩ ausos esse transire latissimum flumen, ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: II 27,5; ¶ partem ultimam pontis, quae ripas Vbiorum contingebat, . . . rescindit: VI 29,2; ¶ ut hostes impetum legionum . . . sustinere non possent ripasque dimitterent ac se fugae mandarent: V 18,5; ¶ impedire *u.* **D. b)**; ¶ reliquos omnes Belgas in armis esse Germanosque, qui cis Rhenum ⟨qui ripas rheni β⟩ incolant ⟨incolunt *B*²β⟩, sese cum his coniunxisse: II 3,4; ¶ ripa autem erat acutis sudibus praefixisque ⟨*c*⟩ munita: V 18, 3; ¶ tempestas . . . ex omnibus montibus niues proluit ac summas ripas fluminis superauit: 1,48,2.

C. dat.: militesque his ⟨*c*⟩ nauibus flumen transportat continentemque ripae collem improuiso occupat: 1,54,3.

D. abl.; a) instr.: quae res et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat et: II 5,5.

b) qual.: quod riuus difficilibus ripis subiectus castris Scipionis progressus nostrorum impediebat: 3,37,3; ¶ cum uentum esset ad flumen Genusum, quod ripis erat impeditis, consecutus equitatus nouissimos proelio detinebat: 3,75,4; dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis muniebat: 3,88, 5; ¶ erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen ripisque praeruptis: VI 7,5.

E. c. praep.; a) ab: per Arduennam siluam, quae est totius Galliae maxima atque ab ⟨a *hl; Aim.; om. af*⟩ ripis Rheni finibusque

Treuerorum ad Neruios ⟨*CO*⟩ pertinet: VI 29, 4.

b) ad; α): diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant: I 6, 4; ¶ qui (Ariouistus) nauiculam deligatam ad ripam nactus ea profugit: I 53, 3; ¶ mittit P. Vatinium legatum ad ripam ipsam fluminis: 3, 19, 2; ¶ hoc proelio trans Rhenum nuntiato Suebi, qui ad ripas Rheni uenerant, domum reuerti coeperunt: I 54, 1.

β): *u.* **ad** *p. 118* ad ripam (*7 loc.*).

c) ex: quod ex totis ripis in unum atque angustum locum tela iaciebantur: 1, 50, 2.

d) in ripis: Caesar Germanos ... flumen traicit crebrasque in ripis custodias disponit: 1, 83, 5; — horum omnium pars magna in fossis munitionibusque et fluminis ripis oppressa suorum in terrore ac fuga sine ullo uulnere interiit ⟨*c*⟩: 3, 71, 2; — (duae legiones) profligatis Veromanduis ⟨*c*⟩ ... ex loco superiore in ipsis fluminis ripis proeliabantur: II 23, 3.

riuus. A. subi.: quod riuus difficilibus ripis subiectus ⟨obiectus *Paul*⟩ castris Scipionis progressus nostrorum impediebat: 3, 37, 3; ¶ dextrum cornu eius riuus quidam impeditis ripis muniebat: 3, 88, 5; ¶ pertinere: 3, 49, 4 *u.* **B.** auertere.

B. obi.: omnia enim flumina atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant ⟨perfluebant *Hell.*⟩, Caesar aut auerterat aut magnis operibus obstruxerat: 3, 49, 4; ¶ (obicere: 3, 37, 3 *u.* **A.** impedire;) ¶ obstruere: 3, 49, 4 *u.* auertere; ¶ subicere: 3, 37, 3 *u.* **A.** impedire; ¶ ut exploratis itineribus minore cum ⟨*c*⟩ periculo uallem riuumque transiret: V 50, 3.

C. c. praep.: circiter milia passuum quattuor progressus trans uallem ⟨magnam *add.* β⟩ et riuum ⟨rium *B*[1]; *Hold.*⟩ multitudinem hostium conspicatur: V 49, 5.

robur. A. propr.: naues totae (erant) factae ex robore ad quamuis uim et contumeliam perferendam: III 13, 3.

B. trsl.: quod fuit roboris duobus proeliis Dyrrachinis interiit: 3, 87, 5.

Rodanus *u.* **Rhodanus.**

rogatio: itemque praetoribus tribunisque ⟨*c*⟩ plebis rogationes ad populum ferentibus non nullos ambitus ... damnatos ... in integrum restituit: 3, 1, 4.

rogo. A. = interrogare: ab Cn. Pompeio proconsule petit ..., quos ex Cisalpina Gallia consul ⟨*Ciacc.*; consulis *X*; *edd.*⟩ sacramento rogauisset, ad signa conuenire ... iuberet: VI 1, 2; (ne ... quis inuitus sacramentum ⟨-to *hl*⟩ dicere cogatur ⟨sacramento rogetur *Ciacc.*⟩ a Caesare cauetur: 1, 86, 4.)

B. = orare; a) rogare alqm: Ariouistus ... respondit ...: transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et arcessitum ⟨*c*⟩ a Gallis: I 44, 2; eius rei testimonium ⟨*c*⟩ esse, quod nisi rogatus non uenerit: I 44, 6; ¶ Bellouaci suum numerum non contulerunt ⟨*c*⟩, ... rogati tamen a ⟨*c*⟩ Commio pro eius hospitio duo milia miserunt ⟨*c*⟩: VII 75, 5.

b) rogare alqd: Haedui ... legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium: I 11, 2; ¶ Bituriges ad Haeduos ... legatos mittunt subsidium rogatum: VII 5, 2.

c) rogare, ut; α) additur obiect.: de his rebus rogo uos ut cogitationem suscipiatis: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

β) non additur obi.: legatos ... mittunt ..., qui dicerent ...; rogare ⟨rogaret *A*[1]⟩, ut eius uoluntate id sibi facere liceat: I 7, 3; Q. Titurius ... interpretem suum Cn. Pompeium ad eum mittit rogatum, ut sibi militibusque parcat: V 36, 1.

d) sequ. coniunctiuus: consolatus (Diuiciacum Caesar) rogat, finem ⟨*o*⟩ orandi faciat: I 20, 5.

Roma: ob eam rem se ex ciuitate profugisse et Romam ad senatum uenisse auxilium postulatum: I 31, 9; qua necessitate adductus Diuiciacus auxilii petendi causa Romam ad senatum profectus infecta ⟨β; *Np.*; inperfecta α; *plur. edd.*⟩ re redierat: VI 12, 5; his ⟨*c*⟩ rebus ⟨*c*⟩ *ex* litteris ⟨*c*⟩ *Caesaris* cognitis Romae dierum uiginti supplicatio redditur: VII 90, 8; quibus rebus Romam ⟨romae *f*⟩ nuntiatis tantus repente terror inuasit, ut: 1, 14, 1; Pompeius enim discedens ab urbe in senatu dixerat eodem se habiturum loco qui Romae remansissent et qui in castris Caesaris fuissent: 1, 33, 2; haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant: 1, 53, 1; quibus litteris nuntiisque Romam perlatis magni domum concursus ad Afranium magnaeque gratulationes fiebant: 1, 53, 3; condiciones pacis, quoniam antea conuenire non potuissent, Romae ab senatu et a populo peti debere: 3, 10, 8; sententiasque de singulis ferrent, qui Romae remansissent quique intra praesidia Pompei fuissent neque operam in re militari praestitissent: 3, 83, 3; haec uti fierent per omnes deos perque foedera, quae Romae fecisset, eodem testamento Ptolomaeus populum Romanum obtestabatur: 3, 108, 3; tabulae testamenti unae per legatos eius

Romam ⟨romae *x*⟩ erant allatae, ut in aerario ponerentur: 3,108,4; a quo missi Dioscorides et Serapion, qui ambo legati Romae fuerant . . ., ad Achillam peruenerunt: 3,109,4. *Cf.* **urbs.**

Romanus. *Qua ratione scripta sint uerba* populus Romanus *expositum est p. 1112 uolum. II.; uerba* ciues Romanos 2,18,4 *scripta esse* ciui(s) rom̃. *dicit Db.; idem* 3,40, 6 *in h inueniri* ciu. R. *commemorat; idem* eq. R. (= equites Romanos) 1,77,2 *exstare in ahl aperte dicit; atque etiam* 3,71,1 *in x uidetur inueniri* equites R. *Sed saepius adiectiuum* Romanus *nota* R. *uel simili indicatum esse inde licet colligere, quod ex imaginibus codicum accuratissime expressis, quas edidit Aemilius Chatelain, tab. XLVIII apparet* 3,4,1 *in a esse* ciuium .R., *quo loco nemo editorum huius notae mentionem facit.*

1. adiect.: Carnutes . . . Cenabum concurrunt ciuesque Romanos, qui negotiandi causa ibi constiterant, . . . interficiunt bonaque eorum diripiunt: VII 3,1; praestare ⟨*c*⟩ omnes perferre acerbitates quam non ciuibus Romanis, qui Cenabi perfidia Gallorum interissent, parentarent: VII 17,7; ostendit ciues Romanos, qui eius praesidii fiducia una erant; magnum ⟨*c*⟩ numerum frumenti commeatusque diripit, ipsos crudeliter excruciatos interficit ⟨intercipit β⟩: VII 38,9; bona ciuium Romanorum diripiunt, caedes faciunt, in seruitutem abstrahunt: VII 42,3; (Cato) in Lucanis Bruttiisque per legatos suos ciuium Romanorum dilectus habebat: 1,30,4; quibus rebus perterritos ⟨*c*⟩ ciues Romanos eius prouinciae sibi ad rem publicam administrandam HS ⟨*c*⟩ CLXXX et argenti pondo ⟨*c*⟩ XX milia, tritici modium ⟨*c*⟩ CXX milia polliceri coegit: 2,18,4; quo edicto . . . peruulgato nulla fuit ciuitas, quin . . . mitteret, non ciuis Romanus paulo notior, quin ad diem conueniret: 2,19,2; quod factum adeo eius conuentus ciues Romani comprobauerunt, ut domum ad se quisque hospitio cupidissime reciperet: 2,20,5; omnibus generatim gratias agit: ciuibus Romanis, quod oppidum in sua potestate studuissent habere: 2,21,1; pecunias, quas erant in publicum Varroni ciues Romani polliciti, remittit ⟨*c*⟩: 2,21,2; legiones effecerat ciuium Romanorum VIIII: 3,4,1; celeriter ciues Romani ligneis effectis turribus his sese munierunt et . . .: 3,9,3; *cf.* § 3—8; satis esse magna utrimque incommoda accepta . . .: illum Italia expulsum amissa Sicilia et Sardinia . . . et cohortibus . . . ciuium Romanorum centum atque XXX: 3,10,5; quo facto conuentus ciuium Romanorum, qui Lissum obtinebant, quod oppidum iis ⟨is *ah;* his *fl*⟩ antea Caesar attribuerat muniendumque curauerat, Antonium recepit ⟨*c*⟩ omnibusque rebus iuuit: 3,29,1; neque minus ob eam causam ciuibus Romanis eius prouinciae, sed in singulos conuentus singulasque ciuitates certae pecuniae imperabantur: 3,32,6; Lissum expugnare conatus defendentibus ciuibus ⟨eum *a*⟩ Romanis, qui eius conuentus erant, militibusque . . . re infecta inde discessit: 3,40,6; erat edictum Pompei nomine Amphipoli propositum, uti omnes eius prouinciae iuniores, Graeci ciuesque Romani, iurandi causa conuenirent: 3,102, 2; cognoscit consensu omnium Antiochensium ciuiumque Romanorum, qui illic negotiarentur, arcem ⟨*c*⟩ captam esse excludendi sui causa: 3,102,6; ¶ eques Romanus, equites Romani *u.* **eques** 2. A. *p. 1037 sq. (13 loc.);* ¶ tantum esse nomen ⟨apud eos *add.* β⟩ atque opinionem eius exercitus ⟨exercitus Romani β⟩ Ariouisto pulso, . . . uti: IV 16,7; si continere ⟨*c*⟩ ad signa manipulos uellet ⟨*c*⟩, ut instituta ratio et consuetudo exercitus Romani postulabat: VI 34,6; ¶ haec ut intellegatis, inquit, a me sincere pronuntiari, audite Romanos milites: VII 20,8; ¶ populus Romanus *u.* **populus A. a)** *p. 1112—1117 (90 (92) loc.);* ¶ (Gallis autem prouinciarum ⟨prouinciae rom. *Elberl.; om. Ald.*⟩ propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usus ⟨*c*⟩ largitur: VI 24,5.)

2. substant.; A. singulari numero: praeconibusque circummissis pronuntiari iubent, seu quis Gallus seu ⟨quis *add.* β⟩ Romanus uelit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere; post id tempus non fore potestatem: V 51,3.

B. plurali numero; a) = nomen Romanum, populus Romanus: (praestare,) si iam principatum Galliae (Haedui) obtinere non possint ⟨*c*⟩, Gallorum quam Romanorum imperia perferre ⟨*c*⟩, neque dubitare [debeant], quin, si Heluetios superauerint Romani, una cum reliqua Gallia Haeduis libertatem sint erepturi: I 17,3.4; (Dumnorigem) fauere et cupere Heluetiis propter eam adfinitatem, odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos, quod eorum aduentu potentia eius deminuta et Diuiciacus frater in antiquum locum gratiae . . . sit restitutus: I 18,8; *cf.* **b)** I 18,9; **(**quam rem et paucis contigisse et ⟨a Romanis *add.* (B^a)β⟩ pro magnis ⟨*c*⟩ hominum officiis consuesse tribui docebat: I 43,4;**)** non se . . . tam imperi-

tum esse rerum, ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque ipsos . . . auxilio populi Romani usos esse: I 44, 9; elatum est, qua adrogantia . . . Ariouistus usus omni Gallia Romanis interdixisset: I 46, 4; II 10, 4 *et* III 2, 5 *u.* **b)**; reliquasque ciuitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a maioribus acceperint ⟨*c*⟩, permanere quam Romanorum seruitutem perferre malint ⟨*c*⟩: III 8, 4; si suam gratiam Romani uelint, posse iis utiles esse amicos; uel sibi agros attribuant uel patiantur eos tenere, quos armis possederint: IV 7, 4; V 38, 2; 56, 1; VI 10, 4 *u.* **b)**; huc omnes suas fortunas exercitus Romanorum contulit: VI 35, 8; cur enim potius Haedui de suo iure et de legibus ad Caesarem disceptatorem quam Romani ad Haeduos ueniant? VII 37, 5; ab hoc concilio Remi, Lingones, Treueri afuerunt ⟨*c*⟩: illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur; Treueri, quod . . .: VII 63, 7; 66, 4 *u.* **b)**; ex his Bellouaci suum numerum non contulerunt ⟨*c*⟩, quod se suo nomine atque arbitrio cum Romanis bellum gesturos ⟨*c*⟩ dicerent ⟨*c*⟩: VII 75, 5; Cimbri . . . agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani uero quid petunt ⟨adpetunt *Paul*⟩ aliud aut quid uolunt nisi inuidia adducti quos fama nobiles potentesque bello cognouerunt horum in agris ciuitatibusque considere atque his aeternam iniungere seruitutem? neque enim umquam ⟨*c*⟩ alia condicione bella gesserunt: VII 77, 15; (duae sunt Albae, alia ista quam nouimus in † Aricia, et alia hic in † Italia. uolentes Romani discretionem facere istos Albanos dixerunt, illos Albenses: *ap. Pomp. comm. art. Don.* (*Keil V p. 144*); *cf. Np. p. 753. sq. adnot.*)

b) = **exercitus Romanus**: si quid accidat Romanis, summam in spem per Heluetios regni obtinendi uenire (Dumnorigem): I 18, 9; Heluetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, eo magis, quod pridie superioribus locis occupatis proelium non commisissent, siue eo, quod re frumentaria intercludi posse confiderent, . . . nostros . . . lacessere coeperunt: I 23, 3; Romani conuersa signa bipertito intulerunt: I 25, 7; 44, 9 *et* 46, 4 *u.* **a)**; mulieres . . . implorabant, ne se in seruitutem Romanis traderent: I 51, 3; quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique conuenirent: II 10, 4; magnitudine operum . . . et celeritate Romanorum permoti legatos ad Caesarem de deditione mittunt: II 12, 5; pueri mulieresque ex muro passis manibus suo more pacem ab Romanis petierunt: II 13, 3; trans id flumen omnes Neruios consedisse aduentumque ibi Romanorum ⟨romanorum ibi *a*⟩ exspectare: II 16, 2; Romanos pulsos superatosque, castris impedimentisque eorum hostes potitos ciuitati renuntiauerunt: II 24, 5; non (se) existimare Romanos sine ope diuina ⟨deorum β⟩ bellum gerere, qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promouere ⟨et ex propinquitate pugnare *add.* B^2β⟩ possent: II 31, 2; accedebat quod suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant et Romanos non solum itinerum causa, sed etiam perpetuae possessionis culmina Alpium occupare conari et ea loca finitimae ⟨finitima *Vossius*⟩ prouinciae adiungere sibi persuasum habebant: III 2, 5; se plurimum nauibus posse, [quam] Romanos neque ullam facultatem habere nauium neque eorum locorum, ubi bellum gesturi essent, uada, portus, insulas nouisse ⟨*c*⟩: III 9, 6; qui ubi pro perfuga ad eos uenit, timorem Romanorum proponit: III 18, 3; sarmentis uirgultisque collectis, quibus fossas Romanorum ⟨*del. Nitsche*⟩ compleant, ad castra pergunt: III 18, 8; huc magno cursu contenderunt, ut quam minimum spatii ad se colligendos armandosque ⟨armandosque *om.* β⟩ Romanis daretur: III 19, 1; si propter inopiam rei frumentariae Romani sese ⟨*c*⟩ recipere coepissent, impeditos in agmine et sub sarcinis [infirmiore ⟨*c*⟩ animo] adoriri cogitabant: III 24, 3; hoc consilio probato ab ⟨*c*⟩ ducibus productis Romanorum copiis sese castris tenebant: III 24, 4; IV 7, 4 *u.* **a)**; hic Romanorum aduentum exspectare . . . constituisse (Suebos): IV 19, 3; at barbari consilio Romanorum cognito praemisso equitatu et essedariis . . . nostros nauibus egredi prohibebant: IV 24, 1; cum (principes Britanniae) equites ⟨*c*⟩ et naues et frumentum Romanis deesse intellegerent: IV 30, 1; quanta praedae faciendae atque in perpetuum sui liberandi facultas daretur, si Romanos castris expulissent, demonstrauerunt: IV 34, 5; hostes . . . conlocatis insidiis bipertito in siluis oportuno atque occulto loco a milibus passuum circiter duobus ⟨*c*⟩ Romanorum aduentum exspectabant: V 32, 1; illorum esse praedam atque illis reseruari ⟨*c*⟩ quaecumque Romani reliquissent: V 34, 1; Ambiorix pronuntiari iubet, ut . . . quam ⟨*c*⟩ in partem Romani impetum fecerint cedant: V 34, 3; hortaturque, ne sui in perpetuum liberandi atque ulciscendi Romanos pro iis ⟨*c*⟩ quas acceperint ⟨*c*⟩ iniuriis occasionem dimittant: V 38, 2; intellexit . . . Neruios Aduatucosque bellum Romanis parare: V 56, 1; prius quam id effici posset, adesse Romanos nuntiatur: VI 4, 1; lon-

gum esse perterritis Romanis Germanorum auxilium exspectare: VI 8, 1; Suebos omnes, postea quam certiores nuntii de exercitu Romanorum uenerint, . . . se recepisse: VI 10, 4; ad eius initium ⟨o⟩ siluae Suebos aduentum Romanorum exspectare constituisse: VI 10, 5; Germani . . . ad castra Romanorum delati optatissimum Ambiorigi beneficium ⟨o⟩ obtulerant ⟨c⟩: VI 42, 3; omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione et ⟨c⟩ commeatu Romani prohibeantur ⟨o⟩: VII 14, 2; Romanos aut inopiam non laturos aut magno cum ⟨o⟩ periculo longius a ⟨c⟩ castris processuros; neque interesse ipsosne interficiant impedimentisne exuant: VII 14, 7. 8; oppida incendi oportere, . . . ne ⟨o⟩ suis sint . . . receptacula neu Romanis proposita ad copiam commeatus praedamque tollendam ⟨*CC*⟩: VII 14, 9; ut, si eam paludem Romani perrumpere conarentur, haesitantes premerent ex loco superiore: VII 19, 2; Vercingetorix, . . . proditionis insimulatus, quod castra propius Romanos mouisset, quod . . . eius discessu Romani tanta oportunitate et celeritate uenissent, . . . respondit: VII 20, 1; quod propius Romanos accessisset, persuasum loci oportunitate: VII 20, 3; Romani si casu interuenerint ⟨c⟩, fortunae, si alicuius indicio uocati, huic habendam gratiam, quod et paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere et uirtutem despicere potuerint, qui dimicare non ausi turpiter se in castra receperint: VII 20, 6; quod . . . palus, quae perpetua ⟨o⟩ intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat: VII 26, 2; matres familiae . . . conclamare et significare de fuga Romanis coeperunt: VII 26, 4; quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum uiae praeoccuparentur, consilio destiterunt: VII 26, 5; non uirtute neque in acie uicisse Romanos, sed artificio quodam et scientia oppugnationis: VII 29, 2; dispositis exploratoribus, necubi effecto ponte Romani copias traducerent: VII 35, 1; qua (Haeduorum ciuitate) traducta locum consistendi Romanis in Gallia non fore: VII 37, 3; principes ciuitatis, Eporedorix et Viridomarus, insimulati proditionis ab Romanis indicta causa interfecti sunt: VII 38, 2; an dubitamus, quin nefario facinore admisso Romani iam ad nos interficiendos concurrant? VII 38, 8; uehementer ⟨o⟩ huic illos ⟨c⟩ loco timere nec iam aliter sentire, uno colle ab ⟨c⟩ Romanis occupato si alterum amisissent, quin ⟨c⟩ paene circumuallati . . . uiderentur: VII 44, 4; matres familiae . . . passis manibus obtestabantur Romanos ⟨rom. obt. β⟩, ut sibi parcerent, neu, sicut Auarici fecissent, ne a ⟨c⟩ mulieribus quidem atque infantibus abstinerent: VII 47, 5; nuntiis incitati oppidum a Romanis teneri ⟨oppid. . . . teneri *del. Pluyg.*⟩ praemissis equitibus . . . eo contenderunt: VII 48, 1; quae (matres familiae) paulo ante Romanis de ⟨c⟩ muro ⟨c⟩ manus tendebant: VII 48, 3; erat Romanis nec loco nec numero aequa contentio; simul et cursu et spatio pugnae defatigati ⟨c⟩ non facile recentes atque integros sustinebant: VII 48, 4; oppidum, quod a ⟨c⟩ se teneri non posse iudicabant, ne cui ⟨c⟩ esset usui Romanis, incenderunt: VII 55, 7; equitatum omnibus locis . . . ostentare coeperunt, si ab ⟨c⟩ re frumentaria Romanos excludere aut adductos inopia in ⟨c⟩ prouinciam ⟨c⟩ expellere ⟨c⟩ possent ⟨*CC*⟩: VII 55, 9; uno fere tempore sub lucem hostibus nuntiatur in castris Romanorum praeter consuetudinem tumultuari et: VII 61, 3; (*cf.* § 4;) quoniam abundet equitatu, perfacile esse factu frumentationibus pabulationibusque Romanos prohibere: VII 64, 2; circiter milia passuum X ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit: VII 66, 2; (demonstrat) fugere in prouinciam Romanos Galliaque excedere. id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse; ad reliqui temporis pacem atque otium parum profici: maioribus enim coactis copiis reuersuros neque finem bellandi facturos. proinde **in* agmine impeditos adoriantur ⟨c⟩. si † pedites suis auxilium ferant atque in eo morentur, iter facere ⟨c⟩ non posse; si . . . relictis impedimentis suae saluti consulant, et usu rerum necessariarum et dignitate spoliatum iri: VII 66, 3—5; eius munitionis, quae ab Romanis instituebatur, circuitus XI ⟨c⟩ milia ⟨c⟩ passuum tenebat: VII 69, 6; Vercingetorix, prius quam munitiones ab ⟨c⟩ Romanis perficiantur, consilium capit omnem . . . equitatum noctu dimittere ⟨c⟩: VII 71, 1; quid ergo? Romanos ⟨β; romanorum animos α⟩ in illis ulterioribus munitionibus animine ⟨β; sine α⟩ causa cotidie exerceri putatis? si ⟨c⟩ illorum nuntiis confirmari non potestis omni aditu praesaepto, his utimini testibus adpropinquare eorum aduentum; cuius rei timore exterriti diem noctemque in opere uersantur: VII 77, 10. 11; (Mandubii) cum ad munitiones Romanorum ⟨*om.* β⟩ accessissent, . . . orabant ⟨c⟩, ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent: VII 78, 4; Romanorum manus tantis munitionibus distinetur nec facile pluribus locis occurrit: VII 84, 3; Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant: VII 85, 3; agger ab uniuersis in munitionem ⟨c⟩ coniectus et ascensum dat Gallis et ea,

quae in terra occultauerant Romani, contegit: VII 85, 6; ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satis facere seu uiuum tradere uelint: VII 89, 2.

ros: accidit, ut difficilioribus usi tempestatibus ex pellibus, quibus erant tectae naues, nocturnum excipere rorem cogerentur: 3, 15, 4.

L. Roscius: ex quibus (legionibus) unam . . . ducendam C. Fabio legato dedit, alteram in Neruios Q. Ciceroni, tertiam in Esuuios L. Roscio: V 24, 2; harum . . omnium legionum hiberna praeter eam, quam L. Roscio ⟨ruscio *ABMh*⟩ in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat, milibus passuum centum continebantur: V 24, 7; ab L. Roscio ⟨legato *add.* β; quaestore *add.* α; *Schn.*; *del. Oud.*⟩, quem legioni tertiae decimae praefecerat, certior factus est magnas Gallorum copias . . . oppugnandi sui causa conuenisse: V 53, 6; pollicetur L. Piso censor sese iturum ad Caesarem, item L. Roscius praetor, qui de his rebus eum doceant; sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant: 1, 3, 6; eadem fere atque isdem uerbis ⟨*Clark.*; rebus *codd.*; de rebus *Ald.*⟩ praetor Roscius agit cum Caesare sibique Pompeium commemorasse demonstrat: 1, 8, 4; *cf.* 9, 1; acceptis mandatis Roscius cum ⟨*fhl*; a *a*; *edd.*⟩ Caesare Capuam peruenit ibique consules Pompeiumque inuenit; postulata Caesaris renuntiat. illi deliberata *re* respondent scriptaque ad eum mandata per *eosdem* remittunt ⟨*c*⟩: 1, 10, 1. 2.

(**rostratus**: Cassius . . . omnes naues incendit XXXV, e quibus erant XX constratae ⟨rost constratae *ah*; rostratae *NOl*⟩: 3, 101, 2.)

rostrum. **A. sing.** = ὁ (νεὼς) ἔμβολος: illae (triremes) adeo grauiter inter se incitatae conflixerunt, ut uehementissime utraque ex concursu laborarent, altera uero praefracto ⟨*Nhl*; praefecto *a*; praesecto *f*; praerupto *O*[1]⟩ rostro tota conlabefieret: 2, 6, 5; ¶ neque enim iis ⟨*c*⟩ nostrae (naues) rostro nocere poterant — tanta in iis ⟨*c*⟩ erat firmitudo — neque: III 13, 8; rostro enim noceri non posse cognouerant: III 14, 4.

B. plur. = τὸ βῆμα: hoc decreto eum (Caelium) consul senatu prohibuit et contionari conantem de rostris deduxit: 3, 21, 3.

rota: ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant: IV 33, 1; ¶ (pro uallo carros obiecerant . . . et non nulli inter carros raedasque ⟨*Meiser*; rotasque *X*; *edd.*⟩ mataras ac tragulas subiciebant nostrosque uulnerabant: I 26, 3.)

Roucillus. 3, 59, 1 *scriptum est* roucillus *in Nhl*, raucillus *in af*; 3, 79, 6 roucilli *est in N*, rogilli *in f*, rouici *in Oahl*. *Editores recc. receperunt* Raucillus, *sed Guil. Paul* Roucillus. *Cf. Schn. ad* I 19, 3.

erant apud Caesarem ⟨in *add. f*; *Dt.*; ex *hl*; *om. a*⟩ equitum numero Allobroges II fratres, Roucillus et Egus, Adbucilli filii, qui principatum in ciuitate ⟨*c*⟩ multis annis obtinuerat, singulari uirtute homines, quorum opera Caesar omnibus Gallicis ⟨*c*⟩ bellis optima fortissimaque erat usus. his . . .: 3, 59, 1(—61, 3 *et* 63, 5;) sed Allobroges, Roucilli atque Egi ⟨*c*⟩ familiares, quos perfugisse ad Pompeium demonstrauimus, . . . cuncta . . . exposuerunt: 3, 79, 6; *cf.* 84, 5.

L. Rubrius: Caesar . . . omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci iubet. erant quinque ordinis senatorii, ⟨*Dauis.*; quinquaginta (*uel* L) ordines *x*; quinquaginta: ordinis senatorii *EHoffm.*⟩ L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Caecilius Rufus, Sex. Quintilius Varus quaestor, L. Rubrius: 1, 23, (1.) 2.

rubus: quod Neruii antiquitus . . . teneris arboribus incisis atque inflexis ⟨*c*⟩ crebrisque ⟨*c*⟩ in latitudinem ramis enatis ⟨*c*⟩ et rubis sentibusque interiectis effecerant, ut instar muri hae saepes munimentum ⟨*c*⟩ praeberent: II 17, 4.

Rufus *u.* **Acutius, Caecilius, Coelius** (*rectius* Caelius), **(Itfiuius,) Marcius, Minucius, Sulpicius, Vibullius.**

ruina: compluribus ⟨*c*⟩ iam lapidibus ex illa quae suberat turri subductis repentina ruina pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat: 2, 11, 4.

rumor. **A. subi.**: haec Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant. multa rumor adfingebat ⟨*Steph.*; *Db.*, *Dt.*; multarum rumore orat fingebant *a*; multa rumore fingebant *f*; multa rumor fingebat *Ohl*; multa rumore adfingebantur *Np.*⟩, ut paene bellum confectum uideretur. quibus litteris nuntiisque . . .: 1, 53, 2.

B. obi.: crebri ad eum rumores adferebantur litterisque item Labieni certior fiebat omnes Belgas . . . contra populum Romanum coniurare obsidesque inter se dare: II 1, 1; iam Caesar a ⟨*c*⟩ Gergouia discessisse audiebatur, iam de Haeduorum defectione et ⟨*c*⟩ secundo Galliae motu rumores adferebantur Gallique . . . confirmabant: VII 59, 1; ¶ expedita re frumentaria, exstinctis rumoribus de auxi-

liis legionum, quae cum Pompeio per Mauretaniam uenire dicebantur, multae longinquiores ciuitates . . . Caesaris amicitiam sequuntur: 1, 60, 5.

C. dat.: cum incertis rumoribus ⟨moribus α⟩ seruiant et plerique ad uoluntatem eorum ficta respondeant: IV 5, 3.

D. abl.: si quis ⟨*om.* β⟩ quid de re publica a finitimis rumore ac ⟨β; *Fr.;* aut α; *rell. edd.*⟩ fama acceperit ⟨acceperint β⟩: VI 20, 1; ¶ addunt ipsi et adfingunt rumoribus ⟨rumores *Ciacc.*⟩ Galli quod res poscere uidebatur: retineri urbano motu Caesarem neque in tantis dissensionibus ad exercitum uenire posse: VII 1, 2; (1, 53, 2 *u.* **A.**;) ¶ impelli: VI 20, 2 *u.* terreri; ¶ est enim hoc Gallicae consuetudinis, uti et uiatores etiam inuitos consistere cogant et quid ⟨*c*⟩ quisque . . . audierit . . . quaerant et mercatores . . . uulgus circumsistat quibusque ex regionibus ueniant quasque ibi res cognouerint pronuntiare cogat ⟨*c*⟩. his rumoribus ⟨β; rebus α; *edd.*⟩ atque auditionibus permoti de summis saepe ⟨*o*⟩ rebus consilia ineunt: IV 5, 3; Metropolitae . . . isdem permoti rumoribus portas clauserunt: 3, 81, 1; ¶ quod saepe homines temerarios atque imperitos ⟨*c*⟩ falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere cognitum est: VI 20, 2.

(**rumpo:** subito meridiano tempore . . . portis se foras † rumpunt ⟨erumpunt *recc.; Np., Db.;* [se] foras erumpunt *Apitz; Dt.;* se proripiunt *coniec. Dt.*⟩: 2, 14, 1.)

(**ruo:** omniaque erant tumultus, timoris, fugae plena ⟨*c*⟩, adeo ut, cum Caesar signa fugientium manu prenderet et consistere iuberet, alii † dimissis equis eundem cursum confugerent ⟨*sic codd.;* signa uisi sequi eodem rursum conferti ruerent *Paul; u. CC*⟩, alii [ex] metu etiam signa dimitterent: 3, 69, 4.)

rupes: quod (oppidum) cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes deiectusque ⟨*Jurin.;* despectusque *X; plur. edd.*⟩ haberet: II 29, 3; ¶ (Caesar) ex magnis rupibus nactus planitiem in hac ⟨*c*⟩ contra hostem aciem instruit: 1, 70, 3.

(**ruptim:** his de causis aguntur omnia raptim ⟨*Ald.;* ruptim *x*⟩ atque turbate: 1, 5, 1.)

rursus. I. Forma: *Vno loco* (3, 58, 2) *in x inuenitur* rursum, *reliquis omnibus in X uel x scriptum est* rursus (*sed* russus VI 33, 5 *exstat in A,* VI 3, 3 *in A*[1]*;* VII 43, 5 rursum *est in bf*). *Itaque et archetypi librarium* 3, 58, 2 *insequentis uocis* (eum) *terminatione in errorem esse inductum et quod G. Paul* 3, 69, 4 *coniecit* rursum *improbandum esse ueri simile est.*

II. Signif.; A. = denuo: Labienum Treboniumque hortatur, . . . ad eam ⟨*c*⟩ diem reuertantur, ut rursus communicato consilio exploratisque hostium rationibus aliud initium ⟨*o*⟩ belli capere possint ⟨*c*⟩: VI 33, 5; ¶ persequendum sibi Pompeium existimauit, . . . ne rursus copias comparare ⟨-araret *a*⟩ alias et bellum renouare posset: 3, 102, 1; ¶ Caesar . . . exercitum reficit ⟨*c*⟩, ne defessum proelio obiciat; rursus conantes progredi insequitur: 1, 65, 2; ¶ ad Nasidium perueniunt ibique naues expediunt rursusque se ad confligendum animo confirmant et consilia communicant: 2, 4, 5; ¶ eosque magnopere hortatur, ut rursus cum Bruti classe additis suis auxiliis confligant: 2, 3, 3; ¶ relinquebatur, ut . . . eo (equitatu) submoto repente . . . sese in ualles uniuersi demitterent ⟨*c*⟩ atque ita transgressi rursus in locis superioribus consisterent: 1, 79, 4; ¶ consilia inibat, quem ad modum a ⟨*c*⟩ Gergouia discederet ac rursus omnem exercitum contraheret ⟨-here *AQB*⟩: VII 43, 5; ¶ cernebatur . . . uniuersarum cohortium impetu ⟨*c*⟩ nostros propelli, dein rursus conuersos ⟨*b;* conuerso *x*⟩ insequi: 1, 64, 2; ¶ ibi se rursus isdem oportunitatibus ⟨*o*⟩ loci defendebant: III 12, 4; ¶ ubi tempus alterius contabulationis uidebatur, tigna item ut primo tecta extremis lateribus instruebant exque ea contignatione rursus summam ⟨*c*⟩ contabulationem storiasque eleuabant: 2, 9, 7; ¶ ubi quantum storiarum demissio patiebatur, tantum eleuarant ⟨*c*⟩, . . . parietes lateribus exstruebant rursusque alia pressione ⟨*c*⟩ ad aedificandum sibi locum expediebant: 2, 9, 6; ¶ cum se illi identidem in siluas ad suos reciperent ac rursus ex silua ⟨*c*⟩ in nostros impetum facerent: II 19, 5; itaque rursus coniuratione facta paulatim ex castris discedere et ⟨*c*⟩ suos clam ex agris deducere coeperunt: IV 30, 2; ¶ ii, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 2; ¶ insequi: 1, 64, 2 *u.* conuertere; ¶ id conspicati Heluetii, qui in montem sese receperant, rursus instare et proelium redintegrare coeperunt: I 25, 6; ¶ quod rursus minuente aestu naues in uadis adflictarentur: III 12, 1; ¶ quibus profligatis rursus oppidani perterriti comprehensos eos . . . ad Caesarem perduxerunt ⟨*c*⟩ seseque ei dediderunt: VII 13, 2; ¶ aduersis hostibus occurrebant ac rursus aliam

in partem fugam petebant: II 24,1; ¶ premere: 1,45,3 *u.* **B.**; ¶ Caesar rursus ad uexandos hostes profectus magno coacto numero ex finitimis ciuitatibus in omnes partes dimittit: VI 43,1; ¶ progredi: 1,65,2 *u.* conari; ¶ Ambiorix pronuntiari iubet, ut ... quam in partem Romani impetum fecerint cedant, ... rursus se ad signa recipientes insequantur: V 34,4; 1,45,1 *u.* uertere; Numidae ... impetum nostrorum effugiebant rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant: 2,41,6; Pompeius, ubi nihil profici equitatu cognouit, paucis intermissis diebus rursus ⟨-sum *z*⟩ eum nauibus ad se intra munitiones recipit ⟨recepit *h*⟩: 3,58,2; ¶ eo celeriter confecto negotio rursus in hiberna legiones reduxit: VI 3,3; hac re cognita Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum reducit ⟨reduxit β⟩: VII 9,6; ¶ paruoque intermisso temporis spatio ac rursus renouato cursu pila miserunt: 3,93,1; ¶ milites ... Atrebates ... in flumen compulerunt. ... ipsi ... in locum iniquum progressi rursus ⟨regressos ac *add.* B^2β⟩ resistentes hostes redintegrato proelio in fugam coniecerunt ⟨*c*⟩: II 23,2; hostes ... nostros perturbauerunt, rursus iis ⟨*c*⟩ resistentibus consuetudine ⟨*o*⟩ sua ad pedes desiluerunt: IV 12,2; ¶ tridui uiam progressi rursus reuerterunt: IV 4,4; ¶ (ruere: 3,69,4 *u.* **ruo**;) ¶ tum rursus aestus commutationem secutus remis contendit, ut: V 8,3; ¶ hostem insolenter atque acriter nostros insequentem supprimit rursusque terga uertere seque ad oppidum Ilerdam recipere et sub muro consistere cogit: 1,45,1.

B. = contra, uicissim: centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa ... educunt. reliqui, qui domi manserunt ⟨*c*⟩, se atque illos alunt; hi rursus in uicem anno post in armis sunt, illi domi remanent: IV 1,5; cum quaepiam ⟨*c*⟩ cohors ... impetum fecerat, hostes uelocissime refugiebant. ... rursus, ⟨et *add.* β⟩ cum in eum locum, unde erant egressi ⟨*c*⟩, reuerti coeperant, ... circumueniebantur: V 35,3; impeditumque ⟨*c*⟩ (Pulionem) hostes circumsistunt. succurrit inimicus illi Vorenus ...; dum cupidius instat, ... concidit. huic rursus circumuento fert ⟨*o*⟩ subsidium Pulio: V 44, (8—)13; tres suos nactus manipulares atque ab iis subleuatus murum ascendit, hos ⟨*c*⟩ ipse rursus singulos exceptans in murum extulit: VII 47,7; intolerantius Gallos insequentes legio decima tardauit, quae pro subsidio paulo aequiore loco constiterat. hanc rursus XIII. legionis cohortes exceperunt: VII 51,2; non numquam opera nostra Galli temptare atque eruptionem ... summa ui facere conabantur. qua re ad haec rursus opera addendum Caesar putauit, quo minore numero militum munitiones defendi ⟨*o*⟩ possent: VII 73,2; utrimque clamore sublato excipit rursus ex uallo ⟨*c*⟩ atque omnibus munitionibus clamor: VII 88, 2; hinc se recipere cum uellent, rursus illi ex loco superiore nostros premebant: 1,45,3; primam aciem quaternae cohortes ex V legionibus tenebant, has subsidiariae ternae et rursus aliae ⟨et r. a. *om. af*⟩ totidem suae cuiusque legionis subsequebantur: 1,83,2; super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere *possit. coria autem, ne rursus ⟨coria rursus, ne?⟩ igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur: 2,10,6.

[**Falso:** Vibullius sedato tumultu ..., ubi primum e re uisum est ⟨e re uisumst *Elberl.*; rursus *z*⟩, adhibito ⟨que *add. af*⟩ Libone ⟨*c*⟩ ... agere instituit: 3,18,3.]

Ruteni: bello superatos esse Aruernos et Rutenos ⟨rutones *A*⟩ ab Q. Fabio Maximo, quibus populus Romanus ignouisset neque in prouinciam redegisset neque stipendium imposuisset: I 45,2; Lucterium Cadurcum, summae hominem audaciae, cum parte copiarum in Rutenos mittit (Vercingetorix): VII 5,1; interim Lucterius Cadurcus in Rutenos missus eam ciuitatem Aruernis conciliat: VII 7,1; item ⟨in *add.* β⟩ Rutenos ⟨rotenos *a;* rotanos *AQ*⟩ Cadurcosque ad fines Volcarum Arecomicorum depopulandos mittit (Vercingetorix): VII 64,6; imperant ... Sequanis, Senonibus, Biturigibus, Santonis, Rutenis, Carnutibus duodena milia ⟨XII β⟩: VII 75,3; T. Sextium in Bituriges, C. Caninium Rebilum in Rutenos cum singulis legionibus mittit: VII 90,6; uenerant eo sagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis: 1,51,1; — praesidia in Rutenis prouincialibus, Volcis Arecomicis, Tolosatibus circumque Narbonem, quae loca hostibus erant finitima, constituit (Caesar): VII 7,4.

Rutilius Lupus *u.* **Lupus.**

(Rutilius) Rutilus *u.* **Sempronius.**

S

(S. *u.* **Sex.)**

s. = salutem.

Sabinus *u.* **Caluisius, (Fabius 2.,) Titurius.**

Sabis: cum per eorum (Neruiorum) fines triduum ⟨*c*⟩ iter fecisset, inueniebat ex captiuis ⟨*c*⟩ Sabim ⟨sabin *h;* sabini *af*⟩ flumen a ⟨*c*⟩ castris suis non amplius milia passuum X abesse; trans id flumen omnes Neruios consedisse aduentumque ibi Romanorum exspectare una cum Atrebatibus ⟨*c*⟩ et Veromanduis, finitimis suis: II 16, 1. 2; collis ab summo aequaliter decliuis ad flumen Sabim, quod supra nominauimus, uergebat. ab eo flumine pari adcliuitate ⟨*c*⟩ collis nascebatur aduersus huic et contrarius. . . . in aperto loco secundum flumen paucae stationes equitum uidebantur. fluminis erat altitudo ⟨latitudo *Ciacc.*⟩ pedum circiter ⟨*o*⟩ trium ⟨CCC *Ciacc.*⟩: II 18, 1—3; *cf.* 19, 4. 7; 23, 1. 2. 3; 24, 2; 27, 5; ipse cum reliquis tribus ⟨*c*⟩ (legionibus) ad flumen Scaldem ⟨Sabim *Steph.*, *v. Göl.*, *Thomann*⟩, quod influit in Mosam ⟨Calbem, quod influit in Mosellam *Bergk*⟩, extremasque Arduennae partes ire constituit: VI 33, 3.

Saburra: audit Iubam . . . restitisse in regno, Saburram, eius praefectum, cum mediocribus copiis missum Vticae adpropinquare: 2, 38, 1; (Curio) equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit ad flumen Bagradam; quibus praeerat Saburra, de quo ante erat auditum; sed rex omnibus ⟨*c*⟩ copiis insequebatur et sex milium passuum ⟨*c*⟩ interuallo a Saburra consederat: 2, 38, 3; e captiuis quaerit, quis castris ad Bagradam praesit: respondent Saburram: 2, 39, 2; Iuba certior factus a Saburra de nocturno proelio II milia Hispanorum et Gallorum equitum . . . et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburrae submittit ⟨*c*⟩: 2, 40, 1; suspicatus praemissis equitibus ipsum adfore ⟨*c*⟩ Curionem Saburra copias equitum peditumque instruit atque his imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant ac pedem referant; sese, cum opus esset, signum proelii daturum et quod rem postulare cognouisset imperaturum: 2, 40, 3; dat suis signum ⟨dat. s. s. *del. Paul*⟩ Saburra, aciem constituit et circumire ordines atque hortari incipit; sed peditatu dumtaxat procul ad speciem utitur, equites in aciem mittit ⟨*c*⟩: 2, 41, 2; hos quoque (colles) praeoccupat missus a Saburra equitatus: 2, 42, 1.

sacer: siremps lex esto quasi sacram uiolauerit: *ap. Charis. art. gramm. I p. 143 sq. Keil.*

sacerdos: Conuictolitauem, qui per s a c e r d o t e s more ciuitatis intermissis magistratibus esset c r e a t u s, potestatem obtinere iussit: VII 33, 4; — Pergamique in occultis ac reconditis templi ⟨*c*⟩, quo p r a e t e r s a c e r d o t e s adire fas non ⟨nulli *Paul*⟩ est, quae Graeci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt: 3, 105, 4.

sacerdotium: iamque inter se palam d e praemiis ⟨*CC*⟩ ac de ⟨*om. b et hpr; Np.*, *Dt.*⟩ s a c e r d o t i i s c o n t e n d e b a n t: 3, 82, 4; — iam de sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio Spintherque ⟨*c*⟩ Lentulus cotidianis contentionibus ad grauissimas uerborum contumelias palam descenderunt: 3, 83, 1.

sacramentum. A. **obl.:** sacramentum d i c e r e *u.* **dico** *p. 883* **B.** *(3 loc.);* ¶ relinquitur ⟨fingitur *Paul*⟩ noua religio, ut eo n e g l e c t o sacramento, quo tenemini, r e s p i c i a t i s illud, quod deditione ducis et capitis deminutione s u b l a t u m e s t: 2, 32, 9.

B. gen.: obsecrare milites coepit, ne primam ⟨*O*[1]*f;* prima *O*[a]*hl;* primi *b; Scal.*⟩ sacramenti, quod apud Domitium atque apud se quaestorem dixissent, m e m o r i a m deponerent: 2, 28, 2; ¶ proditos (se) a uobis dicunt et prioris sacramenti m e n t i o n e m faciunt: 2, 32, 7.

turae; ¶ his de causis uterque eorum celeritati studebat: 3,79,1; ¶ agri culturae (Germani) non student: VI 22,1; inopiam frumenti ueritus, quod, ut supra demonstrauimus, minime homines ⟨*Dauis.*; omnes *X; edd.*; omnium *Lips.*; *del. Apitz*⟩ Germani agri culturae student: VI 29,1; ¶ (Germani) a paruis ⟨β; ab paruulis α; *edd.*⟩ labori ac duritiae student: VI 21,3; ¶ equitatui: (II 17,4 *u.* rei;) (Vercingetorix) *armatorum quantum quaeque ciuitas . . . efficiat constituit; in primis equitatui studet: VII 4,(8.) 9; ¶ qui (Galli) mobilitate et leuitate animi nouis imperiis studebant: II 1,3; ¶ labori: VI 21,3 *u.* duritiae; ¶ cum intellegeret . . . Gallos nouis rebus studere . . ., omnes autem homines natura libertati studere ⟨libertatis studiose incitari β; libertatis studio teneri *Th. Bentl.*⟩ et condicionem seruitutis odisse: III 10,3; ¶ quod neque in *uulgus disciplinam efferri uelint neque eos, qui discunt ⟨*c*⟩, litteris confisos minus memoriae studere ⟨-rent *A*[1]*Q*⟩: VI 14,4; ¶ nec fuit quisquam, qui praedae studeret: VII 28,3; ¶ cum ⟨*c*⟩ equitatu (Neruii) nihil possent — neque enim ad hoc tempus ei rei student, sed quicquid possunt, pedestribus ualent copiis —: II 17,4; omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione et ⟨*c*⟩ commeatu Romani prohibeantur ⟨-erentur β⟩: VII 14,2; ne . . . ad dimicandum impelleretur; cui rei propter animi mollitiem studere omnes uideret, quod diutius laborem ferre non possent: VII 20,5; — nouis rebus studere *u.* **nouus** A. *p. 836 (3 loc.)*; ¶ nam neque druides habent (Germani), qui rebus diuinis praesint, neque sacrificiis student: VI 21,1.

b) infin.: se ⟨si *z*⟩ uero, ut operibus ⟨opibus *z*⟩ anteire ⟨anteiri *Oz*⟩ studuerit, sic iustitia et aequitate uelle superare: 1,32,8; — Calenus . . . reliquas ciuitates circummissis legationibus *amicitiae Caesaris ⟨*c*⟩ conciliare studebat: 3,55,3; — (gratias agit) ciuibus Romanis, quod oppidum in sua potestate studuissent habere: 2,21,1; — ne latos fines parare studeant *potentiores: VI 22,3; — pastoresque Domitii ⟨*c*⟩ spe libertatis excitati sub oculis domini ⟨*c*⟩ suam probare operam studebant: 1,57,4.

c) acc. c. inf.: (Pompeius) infamia duarum legionum permotus . . . rem ad arma deduci studebat: 1,4,5.

(**d) ut:** huic rei st., ut: VII 14,2 *u.* **a)** rei.)

B. = **fauere:** Hegesaretos ⟨*c*⟩, ueteris homo potentiae, Pompeianis rebus studebat: 3,35,2.

studiose: hos (uros) studiose foueis captos interficiunt: VI 28,2; ¶ haec (cornua) studiose conquisita ab labris argento circumcludunt: VI 28,6; ¶ (omnes autem homines natura libertati studere ⟨libertatis studiose incitari β; libertatis studio teneri *Th. Bentl.*⟩ et condicionem seruitutis odisse: III 10,3.)

studium. **A.** = **alacritas, cupiditas** (σπουδή, προθυμία, Eifer); **a) subi.:** quorum aduentu et Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit et: II 7,2; ¶ ita spei Curionis militum studia non deerant: 2,39,5; ne militibus quidem ut defessis neque equitibus ut paucis et ⟨*c*⟩ labore confectis studium ad pugnandum uirtusque deerat: 2,41,3; ¶ esse: 1,64,8 *u.* **c)**; ¶ custodiarum uaria ⟨*c*⟩ diligentia ⟨*c*⟩ animaduersa, prout cuiusque eorum, qui negotiis praeerant, aut natura aut studium ferebat: 3,61,3; ¶ exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor tantumque studium infamiae sarciendae, ut: 3,74,2; ¶ magna . . . multitudo . . . latronum . . conuenerat, **et* quos spes praedandi studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano labore reuocabat ⟨seuocabat?⟩: III 17,4.

b) obi.: quorum studium alacritatemque ⟨alacritatem studiumque *Paul*⟩ pugnandi cum cognouisset Scipio: 3,37,4; ¶ ne ⟨*c*⟩ adsidua consuetudine capti studium belli gerendi ⟨belligerandi *hl*; *Aim.*⟩ agri cultura commutent: VI 22,3; ¶ neque pudentes ⟨*c*⟩ suspicari oportet sibi parum credi neque improbos scire sese timeri, quod illis ⟨his *Gemoll*⟩ licentiam timor augeat noster, his ⟨illis *Gemoll*; suspicio *add. Ciacc.*; *Paul*⟩ studia deminuat ⟨*hl*; dimin. *af*⟩: 2,31,4; ¶ multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui iniectum est: I 46,4.

c) gen.: ac tantum fuit in militibus studii, ut . . . addito circuitu . . . magnaque . . . mora interposita eos . . . consequerentur: 1,64,8.

d) abl.; α) instr.: (niti: IV 24,4 *u.* uti;) ¶ ut . . . infinito labore suscepto . . . paene naturam studio uincerent: VI 43,5; ¶ (nostri) non eadem alacritate ac studio, quo in pedestribus uti proeliis consuerant, utebantur ⟨nitebantur *k*; *Sohn.*, *Np.*⟩: IV 24,4; commemorat, quo sit eorum usus studio ad Corfinium Caesar: 2,32,1; itaque usus singulari militum

studio eodem quo uenerat die . . . oppidum . . . expugnauit: 3, 80, 6.

β) **causae:** hac habita oratione exposcentibus militibus et studio pugnae ardentibus tuba signum dedit: 3, 90, 4; ¶ milites elati studio, dum sarcire acceptum detrimentum uolunt, temere insecuti longius fugientes in locum iniquum progrediuntur: 1, 45, 2; ¶ nota atque instituta ratione magno militum studio paucis diebus opus ⟨o⟩ efficitur: VI 9, 4; ¶ quorum (militum) studio et uocibus excitatus Caesar . . . conandum . . atque experiendum iudicat: 1, 64, 4; ¶ ne is ⟨c⟩ multitudinis studio ad dimicandum impelleretur ⟨inpelletur α⟩: VII 20, 5; ¶ quod est quaedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quae ⟨qui *recc.; Faern.*⟩ studio pugnae ⟨pugnandi *Paul*⟩ incenditur ⟨incenduntur *recc.; Faern.*⟩: 3, 92, 3; ¶ incitatus *u.* **incito B. a) β)** *p. 149 (3 loc.)*; ¶ singulari militum studio in summa omnium ⟨o⟩ rerum inopia circiter sescentas . . . naues . . . inuenit instructas ⟨structas *Hartz*⟩: V 2, 2; ¶ Caesar summo studio militum ante ortum solis in castra peruenit: VII 41, 5; ¶ reliqua studio itineris conficiendi quaerere praetermittit: 2, 39, 3; ¶ contineant milites, ne studio pugnandi aut spe praedae longius progrediantur: VII 45, 8; ¶ struere: V 2, 2 *u.* instruere.

γ) **modi:** Cato . . . naues longas ueteres reficiebat, nouas ciuitatibus imperabat. haec magno studio agebat: 1, 30, 4; ¶ Trebonius ea, quae sunt amissa, multo maiore militum studio administrare et reficere instituit: 2, 15, 1; ¶ alteri, quod nullo studio agebant, non multum adiuuabant: VII 17, 2; ¶ testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset: 3, 90, 2; ¶ cum summo studio a militibus administraretur, . . . ut nauigari ⟨c⟩ **satis* commode posset effecit: IV 31, 3.

δ) **limitat.:** † erant et uirtute et numero ⟨studio *Vielh.*⟩ pugnandi pares. Nostri tametsi ⟨pares nostri. Tametsi *Np.; Vielh.*⟩: V 34, 2.

e) **c. praep.:** militesque auersi a proelio ad studium audiendi et cognoscendi feruntur: 2, 12, 1 (*Np.* 2).

B. = uoluntas, amor (**εὔνοια, Zuneigung**): Diuiciaci . . summum in populum Romanum ⟨*om. CMβ*⟩ studium, summam in se uoluntatem, egregiam fidem, iustitiam, temperantiam cognouerat: I 19, 2; — Caesarem quoque pro sua dignitate debere et studium et iracundiam suam rei publicae dimittere: 1, 8, 3; — ad hominum excitanda studia sublata priore lege duas promulgauit (Caelius): 3, 21, 1; — Menedemus, princeps earum regionum, missus legatus omnium suorum excellens studium profitebatur: 3, 34, 4; ¶ uti studio: 2, 32, 1 *u.* **A. d) α)** uti.

C. = libido, cupiditas, partium studium (**ἐπιθυμία, ζῆλος, Leidenschaft**): excitare studia: 3, 21, 1 *u.* **B.**

D. = cura, meditatio (**ἐπιτήδευσις, μελέτη, Beschäftigung, Studium**): ut ⟨c⟩ cogitata praeclare eloqui possent non nulli studio et usu elaborauerunt: *ap. Cic. Brut.* 253; ¶ (Germanorum) uita omnis in uenationibus atque in studiis rei militaris consistit: VI 21, 3.

Alacritas . . studium: I 46, 4; IV 24, 4; 3, 37, 4; (92, 3;) — studium . . . uoluntas: I 19, 2.

Studium audiendi: 2, 12, 1; bellandi: III 17, 4; cognoscendi: 2, 12, 1; propugnandi: II 7, 2; pugnandi: I 46, 4; (*V 34, 2;) VII 45, 8; 3, 37, 4; (*92, 3;) ¶ **itineris conficiendi:** 2, 39, 3; belli gerendi: VI 22, 3; infamiae sarciendae: 3, 74, 2; ¶ **pugnae:** 3, 90, 4; 92, 3; rei militaris: VI 21, 3; ¶ **studium ad pugnandum:** 2, 41, 3.

Adiect.: excellens: 3, 34, 4; idem: IV 24, 4; magnum: VI 9, 4; 1, 30, 4; maius: I 46, 4; 2, 15, 1; nullum: VII 17, 2; (omne: 3, 78, 2;) quantum: 3, 90, 2; singulare: V 2, 2; 3, 80, 6; summum: I 19, 2; IV 31, 3; VII 41, 5; (suum: 1, 8, 3;) tantum: (1, 64, 8;) 3, 74, 2.

stultitia: nolite hos ⟨o⟩ uestro auxilio exspoliare . . . nec stultitia ac temeritate uestra aut animi imbecillitate ⟨o⟩ omnem Galliam prosternere et perpetuae seruituti subicere ⟨c⟩: VII 77, 9.

stultus: freti amicitia Caesaris et stulta ac barbara arrogantia elati despiciebant suos: 3, 59, 3.

(**stumus** *u.* **Isthmus** *p. 347.*)

stuppa: Cassius . . . completas onerarias naues ⟨et *add.* a[1]⟩ taeda et pice et stuppa ⟨stupa *x?*⟩ reliquisque rebus, quae sunt aptae ⟨c⟩ ad incendia, in Pomponianam classem immisit: 3, 101, 2.

(**suadeo:** tum cuidam ex equitibus Gallis magnis praemiis persuadet ⟨suadet β⟩, uti ad Ciceronem epistulam deferat: V 48, 3.)

(**suauis:** corpusque suaui telino ungimus: *Iulius Caesar (an Caesar Strabo?) ap. Isidor. Orig.* IV 12, 7.)

sub. 1. c. acc.; A. de loco; a) significat subiri rem ita, ut subter simus: memoria tenebat L. Cassium consulem occisum exercitum-

que eius ab Heluetiis pulsum et **sub iugum missum**: I 7, 4; hic pagus ... L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat: I 12, 5.

b) significat eius modi motum, quo ad inferiorem rei partem (ut ad radices montis) uenitur: (quibusnam ... uiribus praesertim ⟨*o*⟩ homines tantulae staturae ... tanti oneris turrim ⟨*c*⟩ in muro ⟨β; in muros α; sub muros *Vielh.*⟩ sese conlocare *posse* ⟨esse conlaturos *Vielh.*⟩ confiderent? II 30, 4;) ¶ illi sub murum se recipiunt ibique musculum ... incendunt: 2, 14, 4; ¶ submotis sub murum cohortibus ... facilis est nostris receptus datus: 1, 46, 2; ¶ ipsi ... phalange facta sub primam nostram aciem successerunt: I 24, 5; in locum iniquum progrediuntur et sub montem ⟨monte *Nx*⟩, in quo erat oppidum positum Ilerda, succedunt: 1, 45, 2.

B. de tempore: uno fere tempore sub lucem ⟨luce *a*⟩ hostibus nuntiatur in castris Romanorum ... tumultuari: VII 61, 3; prima uigilia egressus prope confecto sub lucem itinere post montem se occultauit: VII 83, 7; ¶ Pompeius sub noctem naues soluit: 1, 28, 3; ¶ tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium; sub occasum ⟨occasu β; occasumque α; *edd.*⟩ solis sequi ⟨B^2β; *om.* α; *edd.*⟩ destiterunt seque in castra ... receperunt: II 11, 6; ¶ sub uesperum ⟨uespere β⟩ Caesar portas claudi militesque ex oppido exire iussit: II 33, 1; ubi uisum est, sub uesperum dispersi ac dissipati discedunt: V 58, 3; itaque ⟨*c*⟩ sub uesperum consilio ⟨*c*⟩ conuocato ... naues ... singulas equitibus Rom. attribuit: VII 60, 1; sub uesperum Caesar intra hanc fossam legiones reducit atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit: 1, 41, 6.

C. trsl.: ardere Galliam tot contumeliis acceptis sub populi Romani imperium redactam: V 29, 4.

2. c. abl.; A. de loco; significat a) eam rem, sub qua quis (uel quid) esse dicitur, tegere uel impendere; α) pendet ex uerbis: uti ... continuatione imbrium diutius sub pellibus ⟨suppellibus *BMa*⟩ milites contineri non possent: III 29, 2; ¶ eiusdemque generis sub aqua defixae ⟨def. sub aqua β⟩ sudes flumine tegebantur: V 18, 3; ¶ ibique reliquarum ... legionum aduentum exspectare et sub pellibus hiemare constituit: 3, 13, 5; ¶ quod Gallia sub septentrionibus, ut ante dictum est, posita est: I 16, 2.

β) subaudiendum est particip. uerbi esse: ibi paulisper sub armis moratus facit aequo loco pugnandi potestatem: 1, 41, 2; intra hanc fossam legiones reducit atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit: 1, 41, 6; ¶ omni senatu necato reliquos sub corona uendidit: III 16, 4; ¶ interim sub musculo milites uectibus infima saxa turris hostium ... conuellunt: 2, 11, 3; ¶ sub oculis *u.* **oculus A. f)** *p. 887 (3 (4) loc.);* ¶ ueriti, ne noctu impediti sub onere confligere cogerentur: 1, 66, 2; ¶ neque esse quicquam negotii, cum prima legio in castra uenisset reliquaeque legiones magnum spatium abessent, hanc sub sarcinis adoriri: II 17, 2; si ... Romani sese ⟨*c*⟩ recipere coepissent, impeditos in agmine et sub sarcinis [infirmiore ⟨*c*⟩ animo] adoriri cogitabant: III 24, 3; ¶ sub tecto ⟨texto *NO¹hl*⟩ miles dextra ac sinistra muro tectus ⟨textus *hl*⟩, aduersus plutei obiectu ⟨*c*⟩ operi quaecumque sunt usui sine periculo supportat: 2, 15, 3; ¶ qui hoc spatio dierum conualuerant, circiter trecenti, sub uexillo una mittuntur: VI 36, 3; hoc ueteres non probant milites, quos sub uexillo una profectos docuimus: VI 40, 4.

b) alqd esse uel fieri ad inferiorem rei partem (sub monte = ad radices montis); α): certior factus hostes sub monte consedisse: I 21, 1; milibus passuum sex a Caesaris castris sub monte consedit: I 48, 1; ¶ consistere *u.* **consisto** *p. 679 sq. (4 loc.);* ¶ ut (hostes) se sub ipso uallo constipauerant: V 43, 5; ¶ Afranius copias ... in medio colle sub castris constituit: 1, 41, 2; ad T. Sextium legatum ... misit, ut cohortes ... celeriter educeret et sub infimo colle ab ⟨*c*⟩ dextro latere ⟨*c*⟩ hostium constitueret: VII 49, 1; ¶ erat e regione oppidi collis sub ipsis radicibus montis egregie munitus atque ex omni parte circumcisus: VII 36, 5; ¶ legiones educunt ⟨*c*⟩ aciemque sub castris instruunt: 1, 82, 1; ¶ ut qui sub uallo ⟨ualle *BMa¹*⟩ tenderent mercatores recipiendi sui facultatem non haberent: VI 37, 2; ¶ prope cotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius uagabatur: V 57, 3.

β): sub muro quae ⟨muroque β⟩ pars collis ad orientem solem ⟨*c*⟩ spectabat, hunc ⟨spectabat. hunc β⟩ omnem locum copiae Gallorum compleuerant: VII 69, 5; magno sibi esse praesidio posse, si ibi ⟨*c*⟩ pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent: 2, 8, 1.

γ): longius delatus aestu ⟨*c*⟩ orta luce sub

sinistra Britanniam relictam conspexit: V 8, 2.

B. de tempore: de quibus insulis ⟨*u. CC*⟩ non nulli scripserunt dies continuos XXX sub bruma esse noctem: V 13, 3; ¶ (sub occasu: II 11, 6 *u.* **1. B.** sub occasum;) ¶ ne sub ipsa profectione milites *in oppidum inrumperent, portas obstruit: 1, 27, 3; ¶ (sub uespere: II 33, 1 *u.* **1. B.** s. uesperum.)

C. trsl.: neque (sese) recusaturos, quo minus perpetuo sub illorum dicione atque imperio essent: I 31, 7; ¶ sub imperio (contineri,) esse *u.* **imperium** *p. 72 εε) (5 loc.)*; ¶ sub oculis *u.* **oculus** *p. 887* **A. f)** *(3 (4) loc.)*.

subdolus: idoneos homines deligebat, quorum quisque aut oratione subdola aut amicitia facillime capere ⟨*c*⟩ posset: VII 31, 2.

subduco. A. = subtrahere, abstrahere ab infima parte: sub musculo milites uectibus infima saxa turris hostium, quibus fundamenta continebantur, conuellunt. ... compluribus ⟨*c*⟩ iam lapidibus ex illa ⟨ea *recc.; Np., Dt.*⟩ quae suberat turri subductis ⟨*om. h?l*⟩ repentina ruina pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat: 2, 11, 4.

B. = ex inferiore loco ducere in superiorem; a): Caesar suas copias in proximum collem subducit, aciem instruit: I 22, 3; copias suas Caesar in proximum collem subducit: I 24, 1.

b) naues subducere (in aridum) *u.* **nauis** *p. 708* **B. a)** *(6 loc.)*.

subductio: ad celeritatem onerandi subductionisque ⟨*Ciacc.*; subductionesque *X; edd.*⟩ paulo facit humiliores (naues), quam quibus in nostro mari uti consueuimus: V 1, 2.

subeo. A. = ire sub alqd; a) propr.: Germani, exercitatissimi in armis, qui inter annos XIIII tectum non subissent: I 36, 7.

b) trsl.: casum *u.* **casus** *p. 481* **b)** *(3 loc.)*; ¶ illo .. potius utendum consilio ... quam aut ⟨*om.* β⟩ deditionis aut ⟨et β⟩ pacis subeundam condicionem: VII 78, 2; ¶ eos (Caesar) ... necessariam subire deditionem quam proelio decertare malebat: 1, 81, 5; ¶ ut domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent: I 5, 3; sic et ad subeundum periculum et ad uitandum multum ⟨tumultum β⟩ fortuna ualuit: VI 30, 4.

B. = ire ex inferiore loco in superiorem; a) additur obi.: homines ... ausos ⟨*c*⟩ esse ⟨*c*⟩ transire latissimum flumen, ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: II 27, 5.

b) abs.: hostes neque a ⟨*c*⟩ fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere et ab utroque latere instare: II 25, 1; iniquum ⟨*c*⟩ loci ad decliuitatem fastigium magnum habet momentum. alii tela coiciunt, alii testudine facta subeunt: VII 85, 5.

subf. *u.* **suff.**

subicio. A. = iacere; a) (propr.) = iacere ex inferiore loco: quod pro uallo carros obiecerant et e loco superiore in nostros uenientes tela coiciebant et non nulli inter carros raedasque ⟨*Meiser*; rotasque *X; edd.*⟩ mataras ac tragulas subiciebant ⟨abicieb. *Ciacc.*⟩ nostrosque uulnerabant: I 26, 3.

b) (trsl.) = iacere sub alqd; α) = subigere: hac impulsi occasione qui iam ante se populi Romani imperio subiectos dolerent, liberius ... de bello consilia inire incipiunt: VII 1, 3; — quae (finitima Gallia) in prouinciam redacta iure et legibus commutatis securibus subiecta perpetua premitur seruitute: VII 77, 16.

β) = proicere, obicere: nolite ... stultitia ac temeritate uestra aut animi imbecillitate ⟨*o*⟩ omnem Galliam prosternere et perpetuae seruituti subicere ⟨addicere β; *Schn.*⟩: VII 77, 9; — quod propinqua die aequinoctii infirmis nauibus hiemi ⟨hiemis *BM*⟩ nauigationem subiciendam non existimabat: IV 36, 2.

B. = ponere; a) propr.; α) = ponere sub re, subdere: hoc opus (= musculum) ... perficiunt subitoque inopinantibus hostibus machinatione nauali ⟨mach. nau. *del. Paul*⟩, phalangis subiectis, ad turrim hostium admouent: 2, 10, 7; ¶ quattuor biremes subiectis scutulis ⟨suculis *Np.*⟩ impulsas uectibus ⟨imp. uect. *del. Hug; Dt.*; phalangis subiectis suculis impulsas et uectibus *Ciacc.*⟩ in interiorem portum ⟨*c*⟩ traduxit: 3, 40, 4.

β) = ponere (ducere) ad inferiorem partem rei: Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit, ille a uallo ⟨*c*⟩ non discedere perseuerauit: 3, 37, 2; aciem instruxit ..., ut progrederetur a castris suis collibusque Pompeianis aciem subiceret: 3, 84, 2; ¶ exercitum in aciem ... produxit, ... ut paene castris Pompei legiones subiceret ⟨subicere *Oahl*⟩: 3, 56, 1; ¶ quod riuus difficilibus ripis subiectus ⟨obiectus *Paul*⟩ castris Scipionis progressus nostrorum impediebat: 3, 37, 3; ¶ Pompeius ... aciem in-

struebat, semper ... exspectans, si iniquis locis Caesar se subiceret: 3, 85, 1.

sublicae et ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur, quae pro ariete subiectae et cum omni opere coniunctae uim fluminis exciperent, et: IV 17, 9.

γ) = ponere prope: (complures praeterea minores obiectae ⟨β; *Schn.*, *Fr.*, *Db.*; subiectae α; *rell. edd.*; superiectae *Em. Hoffm.*[1]⟩ insulae existimantur: V 13, 3;) ¶ Domitius ... Heracliam [senticam], quae est subiecta Candauiae, iter fecerat: 3, 79, 3.

b) trsl. = subornare: subicitur etiam L. Metellus, tribunus plebis, ab inimicis Caesaris, qui hanc rem distrahat reliquasque res, quascumque agere instituerit, impediat: 1, 33, 3.

subiectus (ui adiectiui) *u.* **subicio B. a)** β) (riuus) *et* γ).

subiect(issim)e: haec quam potest demississime ⟨*c*⟩ et subiectissime exponit: 1, 84, 5.

subigo: nostri maiores ..., qui in oppida compulsi ac simili inopia subacti eorum corporibus, qui aetate ad bellum inutiles ⟨*o*⟩ uidebantur, uitam tolerauerunt: VII 77, 12.

subitus: his rebus gestis cum omnibus de causis Caesar pacatam Galliam existimaret ..., subitum bellum in Gallia coortum est: III 7, 1; ¶ ut, si qua esset imposita dimicandi necessitas, subitum casum expedito exercitu subiret: 3, 77, 1; ¶ (clamor: VII 81, 2 *u.* **subito** tollere;) ¶ hic subitam commutationem fortunae uidere licuit: 3, 27, 1; ¶ ut sunt Gallorum subita et repentina consilia: III 8, 3; ¶ (malum: 2, 11, 1 *u.* **subito** promouere.)

subito: ut ad mare II ⟨*c*⟩ cohortes nonae legionis excubuerant ⟨*CC*⟩, accessere ⟨*del. Em. Hoffm.*⟩ subito prima luce Pompeiani ⟨exercitus aduentus extitit *add. x*; *Em. Hoffm.*; *del. Np.*⟩: 3, 63, 6; ¶ hoc opus ... perficiunt subitoque inopinantibus hostibus ... phalangis subiectis ad turrim hostium admouent: 2, 10, 7; ¶ Ariouistum ... desperantes iam de pugna et dispersos subito adortum ... uicisse: I 40, 8; dispersos ... in metendo occupatos subito adorti ... perturbauerant: IV 32, 5; ¶ frumenti quod subito potuerunt nauibus auexerunt, reliquum ... corruperunt: VII 55, 8; ¶ acciderat, ut subito Galli belli renouandi legionisque opprimendae consilium caperent: III 2, 2; alii, quod subito consilium profectionis ceperant ⟨ceperat *Paul*⟩ magna parte impedimentorum ... relicta, ad haec repetenda ... uallum relinquebant: 3, 76, 2; ¶ coepisse: V 32, 2 *u.* ostendere; ¶ milites legionis VIIII. subito conspirati ⟨constipati *Faern.*⟩ pila coniecerunt: 3, 46, 5; ¶ cum ... Q. Varus ... uenisset, subito illi ex insidiis consurrexerunt: 3, 37, 5; ¶ cum ab eo milia passuum XX afuisset ⟨*c*⟩, subito se ad Cassium Longinum in Thessaliam conuertit: 3, 36, 2; ¶ Litauiccus ... conuocatis subito militibus lacrimans ... inquit: VII 38, 1; ¶ quae cum ... uiderentur, tanta tempestas subito coorta ⟨orta *a*⟩ est, ut: IV 28, 2; inopinantes, quod magna subito erat ⟨*om. BM*; erat subito β⟩ coorta tempestas, ... opprimuntur: VII 61, 1; ¶ deuoluere: 2, 11, 1 *u.* promouere; ¶ illi ... imprudentibus nostris atque occupatis in munitione castrorum subito se ex siluis eiecerunt impetuque ... facto ... acriter pugnauerunt: V 15, 3; ¶ dissipati discedunt. subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit: V 58, 4; ¶ nostris languentibus atque animo remissis subito meridiano tempore ... portis se ⟨*del. Apitz*; *Dt.*⟩ foras † rumpunt ⟨erumpunt *recc.*; *Np.*, *Db.*, *Dt.*; proripiunt *coni. Dt.*⟩: 2, 14, 1; ¶ dispersis in opere nostris subito ex omnibus partibus siluae euolauerunt et in nostros impetum fecerunt: III 28, 3; illi subito ex omnibus partibus euolauerunt murumque celeriter compleuerunt: VII 27, 3; ¶ iam conuersis ... nauibus ... tanta subito malacia ac ⟨*c*⟩ tranquillitas exstitit, ut: III 15, 3; (3, 63, 6 *u.* accedere;) ¶ tarditate et grauitate nauium impediebantur: factae enim subito ex umida materia non eundem usum celeritatis habebant ⟨*c*⟩: 1, 58, 3; — quod iussi sunt faciunt ac subito omnibus portis eruptione facta neque cognoscendi quid fieret neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt: III 6, 1; impeditis hostibus propter ea quae ferebant onera subito duabus portis eruptionem fieri iubet: III 19, 2; stationes ponebantur ⟨*c*⟩, ne qua subito eruptio fieret: VII 69, 7; — impetum facere: II 19, 6 *u.* prouolare; III 28, 3 *u.* euolare; — legionesque pro castris constituit, ne qua subito inruptio ab hostium peditatu fiat ⟨ne ... fiat *del. Paul*⟩: VII 70, 2; — cum ... iussisset, subito per exploratores certior factus est ... omnes noctu discessisse: III 2, 1; ¶ iam ex omnibus partibus subito Antonianae scaphae signo dato se in hostes incitauerunt: 3, 24, 3; ¶ (scutis,) quae

subito, ut temporis exiguitas postulabat, pellibus induxerant: II 33, 2; ¶ cum . . . omnis equitatus sequeretur, subito ui uentorum ⟨ui uent. *rec.;* iumentorum *x*⟩ et aquae magnitudine pons est interruptus et reliqua multitudo equitum interclusa: 1, 40, 3; quorum mediam ⟨*c*⟩ orationem ⟨*c*⟩ interrumpunt subito undique tela immissa: 3, 19, 6; ¶ acies instructa . . . cernebatur, omniaque sunt subito mutata: 3, 69, 1; ¶ de his rebus cum ageretur . . ., subito exercitus regius equitatusque omnis uenire Alexandriam nuntiatur: 3, 109, 1; ¶ tantis subito difficultatibus obiectis ab animi uirtute auxilium petendum uidebat: VII 59, 6; ¶ tantus subito timor omnem exercitum occupauit, ut . . . perturbaret: I 39, 1; ¶ suos concitauerunt subitoque oppressis lignatoribus magna manu ad castra oppugnatum ⟨*c*⟩ uenerunt: V 26, 2; nihil esse negotii subito oppressam legionem . . . interfici: V 38, 4; tanta fuit . . . celeritas, ut Teutomatus ⟨*c*⟩, rex Nitiobrogum, subito in tabernaculo oppressus, ut meridie conquieuerat, . . . uix se ex manibus praedantium militum eriperet: VII 46, 5; ¶ ne quis ab his subito motus oreretur: VI 9, 5; ¶ primum equestre proelium commiserunt, deinde . . . insequentibus nostris subito pedestres copias, quas . . . in insidiis conlocauerant, ostenderunt: III 20, 4; ex utraque parte eius uallis subito se ⟨*c*⟩ ostenderunt nouissimosque premere . . . coeperunt: V 32, 2; ¶ qui omnibus rebus subito perterriti et celeritate aduentus nostri et discessu suorum . . . perturbantur: IV 14, 2; ¶ quo malo perterriti subito ⟨*del. Pramm.*⟩ oppidani saxa quam maxima possunt uectibus promouent praecipitataque *e muro in musculum deuoluunt: 2, 11, 1; ¶ ubi Caesaris castra posita . . . animum aduerterunt, sese subito proripiunt: 1, 80, 3; 2, 14, 1 *u.* erumpere; ¶ ut . . . ipsi sese confirmauerant, subito omnibus copiis prouolauerunt impetumque in nostros equites fecerunt: II 19, 6; ¶ ad campestres munitiones accedunt. subito clamore sublato, qua significatione . . . de suo aduentu cognoscere possent, . . . parant ⟨*c*⟩: VII 81, 2; ¶ cum acerrime comminus pugnaretur ⟨*c*⟩ . . ., subito sunt Haedui uisi ab ⟨*c*⟩ latere nostris aperto: VII 50, 1.

subleuo. **A. = erigere, tollere, extollere; a) iacentem:** neque, si quo adflictae casu conciderunt (alces), erigere sese ⟨se β⟩ ac ⟨β; aut α; *edd.*⟩ subleuare possunt: VI 27, 2; ¶ pauci ⟨*rec.;* paucis *x*⟩ ex his militibus ablati ⟨*c*⟩ flumine ab equitatu excipiuntur ac subleuantur; interit tamen nemo: 1, 64, 7.

b) stantem (in altum extollere): saxa . . . iter impediebant, *ut* arma per manus necessario traderentur militesque inermes ⟨*c*⟩ subleuatique alii ab aliis magnam partem itineris conficerent: 1, 68, 2; milites . . . sequi sese iubet. . . . adeoque erat impedita uallis, ut in ascensu nisi subleuati a suis primi ⟨-mis *h*[1]⟩ non facile eniterentur: 2, 34, 5; ¶ tanta erat horum (peditum) exercitatione celeritas ⟨*c*⟩, ut iubis subleuati equorum ⟨*ego;* equorum subl. *X; edd.*⟩ cursum adaequarent: I 48, 7; ¶¶ L. Fabius ⟨*c*⟩ centurio ⟨*c*⟩ . . . tres suos nactus manipulares atque ab iis ⟨his β⟩ subleuatus murum ascendit, hos ⟨eos β⟩ ipse rursus singulos exceptans in murum extulit: VII 47, 7.

B. = auxilio, subsidio esse; a) = leuare, leuius reddere, minuere (rem molestam): milites docuit, quantum usum haberet ad subleuandam ⟨-dum *f*⟩ omnium rerum inopiam potiri oppido . . . opulento: 3, 80, 5; ¶ hunc . . . locum probarat ⟨*c*⟩, . . quod superioris anni munitiones integrae manebant, ut militum laborem subleuaret: VI 32, 5.

b) = adiuuare (alqm): seruili (= seruorum) tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina, quam ⟨*B*[a]β; quae α; *edd.*⟩ a nobis accepissent, subleuarent ⟨-ret *Kobilinski*⟩: I 40, 5.

eos accusat (Caesar), quod, cum neque emi neque ex agris sumi *possit (frumentum), tam necessario tempore, tam propinquis hostibus, ab iis ⟨his *AQCal*⟩ non subleuetur: I 16, 6; Caesar, quod . . . interclusis omnibus itineribus nulla ⟨in *add. al*[1]⟩ re ex prouincia atque Italia subleuari poterat, . . . mittit: VII 65, 4; — Lentulus Spinther . . . Caesaris . . in se beneficia exponit . . .: quod per eum in collegium pontificum uenerat, . . . quod in petitione consulatus erat subleuatus: 1, 22, 4; ¶ huic rei studendum, ut . . . commeatu Romani prohibeantur ⟨*c*⟩. id esse facile, quod ⟨β; ut α⟩ equitatu ipsi abundent et quod anni tempore subleuentur (Galli): VII 14, 3; harum ipsis rerum copiam suppetere, quod, quorum in finibus bellum geratur, eorum opibus subleuentur: VII 14, 6.

si non omnia caderent secunda, fortunam ⟨secunda fortuna *Nahl*⟩ esse industria ⟨industriam *hl*⟩ subleuandam ⟨-uanda *Na*⟩: 3, 73, 4.

sublica. **A. subl.:** ac nihilo setius sublicae et ad inferiorem partem fluminis oblique

122*

⟨obliq. M^1a; obliquae M^2f⟩ agebantur, quae pro ariete subiectae et cum omni opere coniunctae uim fluminis exciperent, et aliae item supra pontem mediocri spatio, ut, si ... naues ⟨*CC*⟩ deiciendi operis causa ⟨*e*⟩ essent a barbaris *immissae, his defensoribus earum rerum uis minueretur: IV 17, 9. 10.

B. obi.: agere: IV 17, 9 *et* 10 u. A.; ¶ coniungere: IV 17, 9 *ib.*; ¶ has (angustias uallium) sublicis in terram demissis ⟨*recc.*; dimissis *z*⟩ praesaepserat ..., ut aquam contineret ⟨-rent *hl*⟩: 3, 49, 4; ¶ ¶ subicere: IV 17, 9 u. A.

C. genet.: haec (tigna) cum machinationibus immissa in flumen ⟨*e*⟩ defixerat festucisque ⟨*e*⟩ adegerat non sublicae modo derecte ⟨derectae *ABM*⟩ ad perpendiculum, sed prone ⟨pronae *ABM*⟩ ac fastigate ⟨fastigatae *BM*⟩, ... statuebat: IV 17, 4; ¶ pars: VII 35, 4 u. D.

D. abl.: sublicis praesaepire: 3, 49, 4 u. B. demittere; ¶ isdem ⟨*e*⟩ sublicis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere coepit: VII 35, 4.

subluo: hunc montem flumen subluebat: 3, 97, 4; — cuius collis radices duo duabus ex partibus flumina subluebant: VII 69, 2.

subm. Forma: submersam *uidetur exstare in z* 3, 39, 2 *et* 40, 1; — subministrare *uidetur exstare in X* III 25, 1; *exstat in* β I 40, 11 (summin. *in* α), *in AQl*(β?) IV 20, 1; — submittere *uidetur esse in X* IV 26, 4; summittere II 25, 1; V 58, 5; VII 70, 2 *(sed* subm. *in l)*; VII 81, 6; 85, 1; submittere *exstat in* α II 6, 4 (mittere *in* β) *et* V 15, 5 (inmittere *in* β); submittere *est in* β VII 21, 2 (mittere *in* α), *in* A^1Q^1(?)*l* (summitt. *in B(Q?)*) VII 13, 1; *in B. ciuilis libris* submittere *uidetur esse in a (z?)* 1, 45, 4. 7; 85, 6; 3, 64, 1; summittere *est in a (z?)* 1, 43, 5; 45, 8; 2, 40, 1; 41, 7; 3, (19, 5;) 28, 2; 40, 2; 62, 4; — submouere *est in af* 3, 93, 5; *uidetur esse in a (z?)* 2, 11, 3; summouere *uidetur inueniri in X* I 25, 7; IV 25, 1; VI 40, 8; VII 25, 4; 50, 5 *(sed* submouit *in l)*; *exstat in a (z?)* 1, 79, 4; *uno loco*, 1, 46, 2, *Np. scripsit* submotis, *Db.* summotis *nulla codicum discrepantia indicata.*

submergo: faucibusque portus nauem onerariam submersam (Acilius) obiecit et huic alteram coniunxit: 3, 39, 2; Cn. Pompeius filius ... ad Oricum uenit submersamque nauem remulco multisque contendens funibus abduxit ⟨*e*⟩: 3, 40, 1.

subministro: quod omnibus fere Gallicis ⟨*o*⟩ bellis hostibus nostris inde subministrata auxilia intellegebat: IV 20, 1; ¶ frumentum Sequanos, Leucos, Lingones ⟨*e*⟩ subministrare: I 40, 11; ¶ cum ... auxiliares ... lapidibus telisque subministrandis et ad ⟨*e*⟩ aggerem caespitibus comportandis speciem atque opinionem pugnantium praeberent: III 25, 1.

submitto. A. additur obi.; a): hostium copiae submissis ab rege auxiliis crebro augebantur: 2, 41, 7; ¶ cohortes u. **cohors** C. p. *592 (5 loc.)*; ¶ neque enim sex legiones alia de causa missas in Hispaniam ... neque submissos duces rei militaris peritos: 1, 85, 6; ¶ laborantibus iam suis ⟨suos *M*⟩ Germanos equites circiter CCCC submittit: VII 13, 1; (2, 40, 1 u. milia;) ¶ statuunt, ut X milia ⟨*om. BM*⟩ hominum delecta ex omnibus copiis ⟨*e*⟩ in oppidum mittantur ⟨submittantur β; *Schn.*⟩: VII 21, 2; Iuba ... II milia Hispanorum et Gallorum equitum ... et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburrae submittit ⟨*Nhl*; -misit *af*; *edd.*⟩: 2, 40, 1; ¶ (has (naues) scaphis minoribusque nauigiis compluribus † summissis ⟨summisso *a*; sumptis *O*; suis missis *Paul*; *del. Ciacc.*⟩ Otacilius ⟨tacilius *a*; octacilius *Nhl*⟩ Crassus ... expugnare parabat: 3, 28, 2;) ¶ peditum partem: 2, 40, 1 u. milia; ¶ (scaphas: 3, 28, 2 u. nauigia;) ¶ nuntium ... mittit, nisi subsidium sibi submittatur ⟨mittatur β; *Flod.*⟩, sese diutius sustinere non posse: II 6, 4; neque ullum esse subsidium (uidit), quod submitti posset: II 25, 1; quos laborantes conspexerat, his subsidia submittebat: IV 26, 4; Caesar ... quid quaque ⟨*e*⟩ in ⟨*e*⟩ parte geratur cognoscit; laborantibus submittit ⟨subsidium summ. *N*; subsidia laborant. submittit *Ciacc.*⟩: VII 85, 1; nostri repelluntur atque aliis submissis ⟨summis O^2a⟩ subsidiis ⟨subsidio *Paul*⟩ terga uertere ... coguntur: 1, 43, 5; ut neque subsidia ab lateribus submitti neque equites laborantibus usui esse possent: 1, 45, 4.

b): laborantibus nostris Caesar Germanos submittit: VII 70, 2; ¶ huic, quod ualetudine minus commoda utebatur, Fuluium Postumum adiutorem submiserat: 3, 62, 4; ¶ M. Antonius et C. Trebonius legati ... qua ex parte nostros premi intellexerant, his ⟨*e*⟩ auxilio ex ulterioribus castellis deductos submittebant: VII 81, 6; — ex superiore ⟨*e*⟩ pugnans loco integrosque semper defatigatis submittens ... labore et multitudine telorum nostros uicit: 3, 40, 2.

B. abs.: VII 85, 1 *u.* **A. a)** subsidium.

(submissus (ui adiect.): qua ex frequentia T. Labienus prodit; † summissa oratione loqui de pace atque altercari cum Vatinio incipit ⟨*sic codd.; Np.*; sed missa orat. de pace loqui atque . . . *Terpstra; Kran.*; sed missa or. d. p. loqui elate atque . . . *Dt.*; [summissa oratione] loqui de p. atque . . . *Db.*; sed omissa orat. de p. altercari . . . *Oud.*; sed superbissima oratione . . . *Fleischer; u. CC*⟩: 3, 19, 5.)

[**Falso:** tu quoque tu in summis, o ⟨*Steph.*; tu in summisso *cod. reg.*⟩ dimidiate Menander, poneris, et merito: *ap. Suet. uita Terent.* 5.]

submoueo: nostri . . . reliquos sese conuertere cogunt. submotis sub murum cohortibus ac non nulla parte . . . in oppidum compulsis facilis est nostris receptus datus: 1, 46, 2; ¶ relinquebatur ⟨*c*⟩, ut . . . equitatum ⟨*c*⟩ repellerent, eo submoto repente . . . sese in ualles uniuersi demitterent ⟨*c*⟩: 1, 79, 4; ¶ tanta ui in Pompei equites impetum fecerunt, ut . . . montes altissimos peterent. quibus submotis omnes sagittarii funditoresque . . . interfecti sunt: 3, 93, 5; ¶ hostes *u.* **hostis** C. *p. 1534 (5 loc.).*

(signa intulerunt) prima et secunda acies, ut uictis ac submotis resisteret, tertia, ut uenientes sustineret: I 25, 7.

subnubilus: alteram noctem subnubilam nactus . . . silentio exercitum eduxit: 3, 54, 2.

subp. *u.* **supp.**

subruo: omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt arbores: VI 27, 4; ¶ ubi . . . murus . . defensoribus nudatus est, testudine facta portas succendunt ⟨*u. CC*⟩ murumque subruunt ⟨subeunt *Hotom.*⟩: II 6, 2; ¶ captam ⟨*c*⟩ (se) suam urbem uidere; opera perfecta ⟨peruersa *Cornelissen*⟩, turrim subrutam ⟨subruptam *O*⟩: itaque ab defensione desistere: 2, 12, 3 (*Np.* 4).

subsequor. A. propr. = uestigia alcs sequi; a) additur obi.; α): omnes copias castris eduxit equitatumque, quod recenti proelio perterritum esse existimabat, agmen subsequi iussit: IV 13, 6; ¶ primam aciem quaternae cohortes ex V legionibus tenebant, has subsidiariae ternae et rursus aliae ⟨et r. al. *om. af*⟩ totidem suae cuiusque legionis subsequebantur: 1, 83, 2; ¶ ueteres . . . milites . . . perrumpunt. . . . hos subsecuti calones equitesque ⟨equites calonesque β⟩ eodem impetu militum uirtute seruantur: VI 40, 5; ¶ dies natales et mensium ⟨*c*⟩ et annorum initia sic obseruant ⟨*c*⟩, ut noctem dies subsequatur: VI 18, 2; ¶ nostri tamen, quod neque ordines seruare neque firmiter insistere neque signa subsequi poterant, . . . magnopere perturbabantur ⟨*c*⟩: IV 26, 1.

β): Vercingetorix minoribus Caesarem itineribus ⟨itin. caes. β⟩ subsequitur: VII 16, 1.

γ): ex reliquis duas ⟨duas ex reliquis β⟩ in stationem cohortes ⟨*om.* β⟩ succedere, reliquas armari et confestim sese ⟨se β⟩ subsequi iussit: IV 32, 2; Ambiorix statim cum equitatu in Aduatucos . . . proficiscitur, . . . peditatumque se ⟨*A*β; *Schn.*; sese *BMQ; plur. edd.; om. Np.*⟩ subsequi ⟨sequi *A*; *Schn.*⟩ iubet: V 38, 1; celeriterque impedimenta ex ⟨*c*⟩ castris educi et se subsequi iussit (Vercingetorix): VII 68, 1.

b) non additur obiect.; α): barbari . . . praemisso equitatu et essedariis . . . reliquis copiis subsecuti ⟨subsequuti *A*⟩ nostros nauibus egredi prohibebant: IV 24, 1; — equites sequi iubet sese . . .; at illi itinere totius noctis confecti subsequi non poterant, atque alii alio loco resistebant: 2, 39, 6; (1, 80, 4 *u.* pabulatores;) — Ambiorix copias suas iudicione non conduxerit . . . an . . . repentino equitum ⟨*c*⟩ aduentu prohibitus, cum reliquum exercitum subsequi crederet, dubium est: VI 31, 1; — legio(nes) *u.* **legio** *p. 434 (5 loc.)*; paucas cohortes relinquit; † hora X. subsequi ⟨se sequi *Paul*⟩ pabulatores equitesque ⟨que *om. l*⟩ reuocari ⟨sine mora reuocari pabulatores equitesque subsequi *Köchly*⟩ iubet: 1, 80, 4.

β): Caesar equitatu praemisso subsequebatur omnibus copiis: II 19, 1; Basilum cum omni equitatu praemittit . . .; sese confestim subsequi dicit: VI 29, 5; Caesar equitatu praemisso . . . ipse cum legionibus subsequitur: 1, 78, 5; iter facere incipiunt. qua re animum aduersa Caesar † relictis legionibus subsequitur, praesidio impedimentis paucas cohortes relinquit: 1, 80, 4; — Iuba . . . II milia . . . equitum . . . et peditum . . . partem . . . Saburrae submittit ⟨*c*⟩; ipse cum reliquis copiis elephantisque LX lentius subsequitur: 2, 40, 2; — omnem equitatum . . . praemisit. . . . T. Labienum legatum cum legionibus tribus subsequi iussit: II 11, 3; — procedit extra ⟨*c*⟩ munitiones. . . . ne Vorenus quidem sese tum ⟨*c*⟩ uallo continet, sed omnium ueritus existimationem subsequitur: V 44, 5.

γ): nostri . . . ex ⟨*c*⟩ naui desiluerunt ⟨*c*⟩. hos item ex proximis [primis] nauibus cum conspexissent, subsecuti hostibus adpropinquarunt ⟨*c*⟩: IV 25, 6.

B. trsl. = exemplum alcs sequi: princeps in haec uerba iurat ipse, idem ⟨iurat. ipse idem *Oahl*⟩ ius iurandum adigit Afranium; subsequuntur ⟨adigit. afranium subseq. *Oah;* subsecuntur *Obhl*⟩ tribuni militum centurionesque: 1, 76, 3.

Subsequi eodem impetu: VI 40, 5; — minoribus itineribus: VII 16, 1; 3, 102, 1; — omnibus (reliquis) copiis: II 19, 1; IV 24, 1; cum (copiis, legionibus, elephantis): II 11, 3; 1, 78, 5; (80, 4;) 2, 40, 2.

Aduerb.: (celeriter: VII 68, 1;) confestim: IV 32, 2; V 18, 4; VI 29, 5; lentius: 2, 40, 2.

subsidiarius: primam aciem quaternae cohortes ex V legionibus tenebant, has subsidiariae ternae et rursus aliae ⟨et r. al. *om. af*⟩ totidem suae cuiusque legionis subsequebantur: 1, 83, 2.

subsidium. A. concret. = copiae subsidiariae, secunda uel tertia acies; a) subi.: interea et ex proximis hibernis et a Caesare conuentura subsidia: V 28, 5; ¶ neque ullum esse ⟨*om. bcl*⟩ subsidium (uidit), quod submitti posset: II 25, 1; ¶ posse: II 22, 1 *u.* **b)** conlocare; II 25, 1 *u.* esse; — ipse ... in nauibus excubans neque ullum laborem aut munus despiciens † neque ⟨ne quod *Oud.; Np., Db.*⟩ subsidium expectans si in Caesaris complexum ⟨exspectanti Caesari in conspectum *Np.; Db.;* ne quod subsidium exspectanti Caesari commeatusue *Nitsche*⟩ uenire posset, * * *: 3, 8, 4.

b) obi.: cum ... saepibus .. densissimis ... interiectis prospectus impediretur, neque certa subsidia conlocari neque ... ab uno omnia imperia administrari poterant: II 22, 1; ¶ exspectare: 3, 8, 4 *u.* **a)** *extr.*; ¶ (nuntium ... mittit, nisi subsidium sibi submittatur ⟨mittatur β; *Flod.*⟩, sese diutius sustinere non posse: II 6, 4;) ¶ (tandem Germani ab dextro latere summum iugum ⟨suorum subsidium *Paul*⟩ nancti hostes loco depellunt: VII 67, 5;) ¶ subsidium (-dia) submittere *u.* **submitto** *p. 1944 (5 (6) loc.).*

c) gen.: quodcumque subsidii: 3, 64, 2 *u.* **B. b) α)** addere.

d) abl.: quoad ⟨*c*⟩ subsidio ⟨subito *M*⟩ confisi equites, cum post se ⟨*c*⟩ legiones uiderent, praecipites hostes egerunt: V 17, 3.

e) c. praep.: acies erat Afraniana duplex legionum V, tertium ⟨*Ciacc.;* tertia *x*⟩ in subsidiis locum alariae cohortes obtinebant ⟨cohortis obtinebat *hl*⟩: 1, 83, 1; ¶¶ intolerantius Gallos insequentes legio decima tardauit, quae pro subsidio paulo aequiore loco constiterat: VII 51, 1.

B. abstr.; a) = auxilium, adiumentum, praesidium; α) obi.: subsidium ferre *u.* **fero B. b) α)** *p. 1291 (4 loc.);* ¶ Bituriges ad Haeduos ... legatos mittunt subsidium rogatum, quo facilius hostium copias sustinere possint ⟨*c*⟩: VII 5, 2.

β) genet.: legio Pompeiana ⟨*o*⟩ celeris ⟨*Faern.;* celeri *x*⟩ spe subsidii confirmata ... resistere conabatur ⟨*c*⟩: 3, 69, 2.

b) = auxilii latio, opitulatio, τὸ βοηθεῖν; α) dat.: itaque quodcumque addebatur ⟨adducebatur?⟩ subsidio ⟨subsidii *Paul*⟩, id corruptum ⟨*CC*⟩ timore fugientium terrorem et periculum augebat: 3, 64, 2; ¶ postremo ipse, cum uehementius pugnaretur, integros ⟨integro β⟩ subsidio adducit: VII 87, 2; 3, 64, 2 *u.* addere; ¶ duabus legionibus ... in castris relictis, ut, si quo opus esset, subsidio duci possent: II 8, 5; Caesar ... cohortatus suos legionem nonam ⟨*c*⟩ subsidio ducit: 1, 45, 1; interim Pompeius ... V legiones ⟨*c*⟩ ab opere deductas ⟨*c*⟩ subsidio ⟨praesidio *N*⟩ suis duxit: 3, 69, 1; ¶ ii ⟨*c*⟩, qui ... erant relicti, cum proelium commissum audissent, subsidio suis ierunt collemque ceperunt: VII 62, 8; ¶ mittere *u.* **mitto** *p. 623 sq. (10 loc.);* ¶ ut ... coniuncto exercitu cum Domitio per Illyricum Italiae subsidio proficisceretur: 3, 78, 4; ¶ (Labienus) submittit cohortes equitibus subsidio: V 58, 5; nostri repelluntur atque aliis submissis ⟨summis *O¹a*⟩ subsidiis ⟨subsidio *Paul*⟩ terga uertere ... coguntur: 1, 43, 5; hoc tumultu nuntiato Marcellinus ⟨*c*⟩ * * * cohortes subsidio nostris laborantibus submittit ⟨submisit *f*⟩ ex castris: 3, 64, 1; ¶ cum ... iam omnia fere superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur neque subsidio ueniri neque commeatus supportari ... possent: III 3, 2; ne qua legio alteri ⟨β; alterae α; *edd.*⟩ legioni subsidio uenire posset: V 27, 5; ex castris egressus, prius quam subsidio ex oppido ueniri posset ⟨uenire possent β⟩, deiecto ⟨*c*⟩ praesidio potitus loco duas ibi legiones conlocauit: VII 36, 7; pronuntiat Pompeium celeriter subsidio uenturum: 1, 19, 1; Androsthenes ... ad Scipionem Pompeiumque nuntios mittit, ut sibi subsidio ueniant: 3, 80, 3.

β) abl.: quod nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent ⟨fuissent?⟩ defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent: VII 88, 6.

c) = remedium; α) subi.: his tantis malis

haec subsidia succurrebant ⟨occurrebant *Paul*⟩, quo minus omnis deleretur exercitus, quod Pompeius . . . non audebat . . .: 3, 70, 1.

β) praed.: pecora, quod secundum poterat esse inopiae ⟨*b;* in opere *x*⟩ subsidium, propter bellum finitimae ciuitates longius remouerant: 1, 48, 6.

γ) obl.: itaque ad omnes casus subsidia comparabat. nam et frumentum . . . conferebat et . . . utebatur et . . . iubebat: IV 31, 2.

δ) dat.: his difficultatibus duae res erant subsidio, scientia atque usus militum . . . et quod . . . uetuerat: II 20, 3.

ε) abl.: Caesar . . . praesentem inopiam quibus poterat subsidiis ⟨subsidium a^1⟩ tutabatur ⟨mitigabat *coni. Db.;* sustentabat *Paul*⟩: 1, 52, 4.

Adiect.: alia: 1, 48, 5 ⟨*c*⟩; celere: 3, 69, 2; certa: II 22, 1; crebra: VII 88, 6; (integrum: VII 87, 2;) (ali)quod ⟨*c*⟩: 3, 8, 4; secundum: 1, 48, 6; ullum: II 25, 1.

subsido: magna praeterea multitudo calonum, magna uis iumentorum, quae in castris subsederant ⟨subsederat β; *Schn., Db.*⟩, facta potestate sequitur: VI 36, 3.

subsisto. A. = consistere, gradum sistere; a) additur, ubi subsistatur: ii ⟨*c*⟩ (equites), quos ad nouissimum agmen equorum reficiendorum causa substitisse demonstratum est, . . . sese incolumes in castra conferunt: 2, 42, 5; ¶ equites . . . subsequi non poterant, atque alii alio loco resistebant. . . . neque equitibus . . . uirtus . . deerat; sed hi erant numero CC, reliqui in itinere substiterant: 2, 41, 3; — expeditae cohortes nouissimum agmen claudebant † pluresque ⟨pluribusque *Göl.;* equitesque *Paul*⟩ in locis campestribus subsistebant ⟨sustinebant *Paul*⟩: 1, 79, 1; ¶ ipse Arimini cum (cohortibus) duabus [legionibus] subsistit ⟨consistit *f*⟩ ibique dilectum habere instituit: 1, 11, 4.

b) abs.: cernebatur . . . nouissimos illorum premi uehementer ac non numquam ⟨ac nunc quam *hl*⟩ subsistere ⟨*Vascos.;* sustinere *x; edd.*⟩ extremum agmen atque **iter* interrumpi ⟨*CC*⟩: 1, 64, 1; — milites . . . muros ascendunt, sed moniti a Brundisinis, ut uallum caecum fossasque caueant, subsistunt: 1, 28, 4; — — quo proelio sublati Heluetii . . . audacius subsistere non numquam et ⟨subsistere, nonnumquam ex *Fr.*⟩ nouissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt: I 15, 3; — tali dum pugnatur modo, lente atque paulatim proceditur crebroque, ut sint auxilio suis, subsistunt: 1, 80, 1.

(**B. = resistere, uim atque impetum sustinere:** tempestate prope omnes naues adflictas atque in litus ⟨*c*⟩ eiectas esse, quod neque ancorae funesque sustinerent ⟨*ego;* subsisterent *X; edd.*⟩ neque nautae gubernatoresque uim tempestatis pati possent: V 10, 2.)

substructio: castra Vari conspicit . . . admodum munita natura loci, una ex parte ipso oppido Vtica, altera a ⟨*CC*⟩ theatro, quod est ante oppidum, substructionibus ⟨substrat. *Na;* substract. *Ofhl*⟩ eius operis maximis, aditu ad castra difficili et angusto: 2, 25, 1.

subsum. A. de loci propinquitate: cum uallis aut locus decliuis suberat neque ii ⟨*c*⟩, qui antecesserant, *laborantibus opem ferre poterant, equites uero ex loco superiore in auersos ⟨*c*⟩ tela coiciebant, tum magno erat in periculo res: 1, 79, 3; ¶ pedem referre et, quod mons † suberat circiter mille passuum ⟨spatio *add. Dt.*[2]; *Hold.;* aberat circ. m. passus? *u. CC*⟩, eo se recipere coeperunt: I 25, 5; castra ponunt. suberant enim montes atque a milibus passuum V itinera difficilia atque angusta excipiebant: 1, 65, 3; ¶ compluribus ⟨*c*⟩ iam lapidibus ex illa ⟨ea *recc.; Np., Dt.*⟩ quae suberat turri subductis ⟨*c*⟩ repentina ruina pars eius turris concidit: 2, 11, 4; ¶ uallis: 1, 79, 3 *u.* locus.

subesse Rhenum: V 29, 3.

B. de temporis propinquitate: ne anni tempore a ⟨*c*⟩ nauigatione excluderetur, quod aequinoctium suberat: V 23, 5; ¶ paucae ultimae nationes anni tempore confisae, quod hiems suberat, hoc ⟨*c*⟩ facere neglexerunt: III 27, 2; ¶ etsi totius diei continenti labore erant confecti noxque iam suberat: 3, 97, 4.

(**subterreo:** commeatus omni genere praeter frumentum abundabat, † quibus ⟨cuius *Fr. Hofm.;* cui rei *Paul*⟩ cotidie melius subterrere ⟨*ahl;* subterere *df;* subcedere O^1, succedere *recc.; FHofm.; (Db.;)* subuenire *Voss.;* succurrere *Oud.;* occurrere *Paul;* suppetere *Terpstra;* fore *Dt.*⟩ tempus ⟨quibus rebus cotidie melius se terere tempus *Madu.;* quibus cotidie melius succedere [tempus] *Ciacc.;* cuius cotidie propius succedere tempus *Hell.;* quod (atque id *Kran.*) sibi cotidie melius subgerere tempus *Np.; Kran.;* quibus † quotidie melius subgerere tempus *EHoffm.*[1]; cuius cotidie melius suppetere genus *Koch;* quibus cotidie melius subesse tempus *EHoffm.*[2]⟩ maioremque

spem maturitate frumentorum proponi uidebant: 3, 49, 6.)

subtraho. **A.:** Galli aggerem cuniculis subtrahebant, eo scientius, quod: VII 22, 2.

B.: si per populum Romanum stipendium remittatur et dediticii subtrahantur: I 44, 5.

subuectio: si ⟨*c*⟩ maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria duris subuectionibus laboraret: VII 10, 1; ¶ (qui suum timorem in rei frumentariae simulationem ⟨-one *B²ae;* subuectionem *Kraff.*⟩ angustiasque itineris conferrent ⟨*c*⟩, facere arroganter: I 40, 10.)

subueho: eo autem frumento, quod flumine *Arari nauibus subuexerat, propterea uti minus poterat, quod: I 16, 3.

subuenio. **A.:** legati . . . Haeduorum ueniunt ⟨*c*⟩ oratum, ut maxime necessario tempore ciuitati ⟨ciuitatibus *hikl*⟩ subueniat: VII 32, 2; omnium . . . precibus et fletu excitati, extremo tempore ciuitati subuenirent, . . . naues conscendunt: 2, 4, 3; ¶ Q. Lucanius . . ., dum circumuento filio subuenit, interficitur: V 35, 7; ¶ frustra, inquit, meae uitae subuenire conamini, quem iam sanguis uiresque deficiunt: VII 50, 6.

B.: succurrit inimicus illi (Pulioni) Vorenus et laboranti subuenit: V 44, 9; — Domitius ad Pompeium . . . mittit, qui petant atque orent, ut sibi subueniat: 1, 17, 1; — Afranianos . . multis rebus sui timoris signa † misisse: quod suis non subuenissent, quod . . .: 1, 71, 3.

succedo. **A. = ex inferiore loco subire, uia subterranea prorumpere (penetrare in terram?):** hoc **in* itinere est fons, quo ⟨*rec.;* quia *f;* quod *ahl*⟩ mare succedit longius, lateque is locus restagnat ⟨quo mare succedit, longe ut lateque is loc. restagnet *Paul*⟩: 2, 24, 4.

B. = propius accedere; a) = adpropinquare; α) subi. sunt homines; αα) additur, quo succedatur; 𝔄): ipsi (Heluetii) confertissima ⟨cum fortissima *a*⟩ acie ⟨conf. acie *del. Paul; Hold.*⟩ reiecto nostro equitatu phalange facta sub primam nostram aciem successerunt: I 24, 5; milites . . . in locum iniquum progrediuntur et sub montem ⟨monte *Nx*⟩, in quo erat oppidum positum Ilerda ⟨*c*⟩, succedunt: 1, 45, 2.

𝔅): ((Belgae) testudine facta portas succendunt ⟨portis succedunt *Flod.;* portas succedunt *recc.; Schn., Np., Db.;* [portas] succedunt *Kran.; Dt.*¹⟩ murumque subruunt: II 6, 2.)

ββ) abs.: dum longius a ⟨*c*⟩ munitione ⟨*c*⟩ aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant, postea quam propius successerunt ⟨successerant *a;* accesserunt *RSchn.*⟩, aut se ⟨*c*⟩ stimulis inopinantes induebant aut . . . transfodiebantur: VII 82, 1.

(**β) subi. est tempus:** 3, 49, 6 *u.* **subterreo.**)

b) = propinquum, finitimum esse: una ex parte a Suebis ⟨*c*⟩ circiter milia passuum sescenta ⟨*c*⟩ agri uacare dicuntur. ad alteram partem succedunt Vbii: IV 3, 3.

C. = subsequi (in locum alcs), excipere alqm; a) propr.; α) abs.: quod diuturnitate pugnae hostes defessi proelio excedebant, alii integris uiribus succedebant: III 4, 3; ¶ (Heluetii) eo (= in montem) se recipere coeperunt. capto monte et succedentibus ⟨succend. *B*¹⟩ nostris Boi et Tulingi . . . ex itinere nostros . . . circumuenire ⟨*c*⟩ . . . coeperunt: I 25, 6; — VII 25, 3 *u.* β) alteri.

β) additur dat.: ictu scorpionis exanimato alteri ⟨altero β; *Schn.*⟩ successit tertius et tertio quartus: VII 25, 3; ¶ accedebat, ut . . . alios alii ⟨*c*⟩ deinceps exciperent integrique et recentes defetigatis ⟨defatigatis *M²Q²al*⟩ succederent: V 16, 4; alii tela coiciunt, alii testudine facta subeunt; defatigatis in uicem integri succedunt: VII 85, 5; ¶ defessis *u.* **defessus 2. B.** *p. 844 sq. (4 loc.).*

ℭ) genet.: haec faciunt recuperandorum suorum causa ⟨causa suorum β⟩: VII 43, 3.

γγ) dat.: ipse dux hostium Camulogenus suis aderat atque eos ⟨eosque *a; eos om. A*[1]⟩ cohortabatur ⟨hortabatur β; cohortatus *BM*⟩: VII 62, 5; ¶ contionatusque (Pompeius) apud cunctum exercitum suis agit gratias, Scipionis milites cohortatur, ut: 3, 82, 1; ¶ dat tuba signum suis Vercingetorix atque ex oppido educit: VII 81, 3; dat suis signum ⟨dat s. sign. *del. Paul*⟩ Saburra, aciem constituit: 2, 41, 2; ¶ Pompeius ... V legiones ⟨c⟩ ab opere deductas ⟨c⟩ subsidio suis duxit: 3, 69, 1; ¶ crebroque, ut sint auxilio suis, subsistunt: 1, 80, 1; uterque eorum celeritati studebat, et suis ut esset auxilio *et* ... ne occasioni ⟨c⟩ temporis deesset: 3, 79, 1; — (Petronius) pugnans ... concidit ac suis saluti fuit: VII 50, 6; ¶ cum ii, qui flumen transissent, suis auxilium ferre non possent: I 13, 5; his persuaderi, ut diutius morarentur neque suis auxilium ferrent, non poterat: II 10, 5; si pedites ⟨impedimentis *b*⟩ suis ⟨impedimentis suis *Koch*⟩ auxilium ferant: VII 66, 5; ¶ Caesar ... se .. ad suos recepit suisque imperauit, ne ... telum in hostes reicerent: I 46, 2; Sabinus ... iussus arma abicere imperatum facit suisque ut idem faciant imperat: V 37, 1; ¶ ii ⟨c⟩, qui in ⟨c⟩ praesidio ... erant relicti, ... subsidio suis ierunt: VII 62, 8; ¶ Caesar omnem ex castris equitatum suis auxilio ⟨auxilii *AQ*⟩ misit ⟨mis. auxil. β⟩: IV 37, 2; ¶ barbari nuntios ... dimiserunt paucitatemque nostrorum militum suis praedicauerunt: IV 34, 5; ¶ sed Pompeius suis praedixerat, ut ⟨c⟩ Caesaris impetum exciperent: 3, 92, 1; ¶ Caesar, cum ... hostium .. augeri ⟨c⟩ copias uideret, praemetuens suis ad T. Sextium legatum ... misit: VII 49, 1; ¶ uterque idem suis renuntiat: 1, 66, 4; ¶ proinde ac ⟨si *add. Paul*⟩ suis satis facere et fraudata restituere uellent: 3, 60, 5; ¶ Caesar ... laborantibus iam suis ⟨suos *M*⟩ Germanos equites circiter CCC submittit: VII 13, 1; ¶ Afranianos ... sui timoris signa † misisse: quod suis non subuenissent, quod ...: 1, 71, 3; ¶ Galli inter equites raros sagittarios expeditosque leuis armaturae interiecerant, qui suis cedentibus auxilio succurrerent et nostrorum equitum impetus sustinerent: VII 80, 3; (Massilienses) undique suis laborantibus succurrebant: 2, 6, 2; ¶ Laelius ... aquam suis supportabat: 3, 100, 3.

δδ) genet.; pendet 𝔄) ex subst.: et ⟨c⟩ ii ⟨c⟩, qui munitionibus continebantur, et ii ⟨c⟩, qui ad auxilium conuenerant, clamore et ululatu suorum animos confirmabant: VII 80, 4; ¶ ii ⟨c⟩, qui Alesiae obsidebantur, praeterita die,

qua auxilia suorum ⟨suor. aux. β⟩ exspectauerant, . . . consultabant: VII 77, 1; ¶ conspicati ex oppido caedem et fugam suorum desperata salute copias . . . reducunt: VII 88, 5; ¶ qui (Germani) . . . perterriti et celeritate aduentus nostri et discessu suorum neque consilii ⟨c⟩ habendi neque arma capiendi spatio dato perturbantur: IV 14, 2; ¶ ille (Dumnorix) . . . se manu defendere suorumque fidem implorare coepit: V 7, 8; ¶ illa pars equitatus . . . post fugam suorum se . . . in fines Sugambrorum receperat: IV 16, 2; VII 88, 5 *u.* caedem; 3, 71, 2 *u.* terror; ¶ (Galli) id silentio noctis conati non magna iactura suorum sese ⟨c⟩ effecturos sperabant ⟨c⟩: VII 26, 2; ¶ tectis insignibus suorum occultatisque signis militaribus raros milites . . . traducit (Caesar): VII 45, 7; ¶ (hostes) a dextro cornu uehementer multitudine suorum nostram aciem premebant: I 52, 6; ¶ Morini . . . non ita magno suorum numero circumsteterunt (milites): IV 37, 1; ut quisque primus uenerat, sub muro consistebat suorumque pugnantium numerum augebat: VII 48, 2; (3, 46, 6 *u.* 𝔅);) ¶ suorum opibus: 3, 35, 2 *u. p. 2076* opibus; ¶ flentesque proiectae ad pedes suorum (matres familiae) omnibus precibus petierunt ⟨c⟩, ne: VII 26, 3; ¶ Caesar receptui suorum timens crates . . . proferri . . . iussit: 3, 46, 1; ¶ (Germani ab dextro latere summum iugum ⟨suorum subsidium *Paul*⟩ nacti ⟨c⟩ hostes loco depellunt: VII 67, 5;) ¶ pars magna in fossis . . . oppressa suorum in ⟨*om. V.*⟩ terrore ac fuga sine ullo uulnere interiit ⟨c⟩: 3, 71, 2; ¶ si quis a domino prehenderetur, consensu militum eripiebatur, qui uim suorum, quod in simili culpa uersabantur, ipsi pro suo periculo defendebant: 3, 110, 4; ¶ Caesar in eam spem uenerat se sine pugna et sine uulnere suorum rem conficere posse: 1, 72, 1.

𝔅) ex numeral.: nostri . . . V omnino ⟨ex omni numero *Paul*⟩ suorum amissis quietissime *se* receperunt: 3, 46, 6.

εε) c. praep.; 𝔄) ab: (Massilienses) memores eorum praeceptorum, quae paulo ante ab suis acceperant, hoc animo decertabant, ut: 2, 6, 1; ¶ sese idcirco ab suis discedere atque ad eum uenire noluisse, quo facilius . . . contineret: V 3, 6.

𝔅) ad; pendet a) ex uerbis: renuntiata ⟨renuntiata *Paul*⟩ ad suos ⟨illi se *add.* β⟩ quae imperarentur facere dixerunt: II 32, 3; ¶ haec Afranius Petreiusque et eorum amici . . . Romam ad suos perscribebant: 1, 53, 1; ¶ cum se illi (hostes) identidem in siluas ad suos reciperent: II 19, 5; *u. praeterea* **recipio** *p. 1630 sq. (5 (6) loc.);* ¶ cum (Vercingetorix) ad suos redisset: VII 20, 1; ¶ legati haec se ad suos ⟨ad suos *om.* l^1⟩ relaturos dixerunt: IV 9, 1; ¶ equites hostium . . . admissis ⟨c⟩ equis ad suos refugerunt: 2, 34, 3; ¶ renuntiare: II 32, 3 *u.* nuntiare; ¶ Caesar Brundisium ad suos seuerius scripsit: 3, 25, 4.

b) ex subst.: ut, si illi . . . premantur, expeditum ad suos receptum habeant: IV 33, 2.

𝔈) apud: dicitur eo tempore glorians apud suos Pompeius dixisse: non recusare se, quin . . .: 3, 45, 6; ¶ tunc Caesar apud suos, cum iam esset agmen in portis, Differendum est, inquit, iter: 3, 85, 4.

𝔇) cum: cum (Domitius) . . . multum . . cum suis consiliandi causa secreto . . . colloqueretur: 1, 19, 2; ¶ sic cum suis fugientibus permixti . . . ab equitatu sunt interfecti: VII 62, 9.

𝔈) ex: legatum ex ⟨β; e α; *edd.*⟩ suis ⟨e suis *del. Vielh.*⟩ sese magno cum periculo ad eum missurum . . . existimabat: I 47, 3; ¶ qui (Cimbri Teutonique) . . . custodiam ⟨custodiae B^3β⟩ ex suis ac praesidium ⟨praesidio B^3β⟩ sex milia hominum una reliquerunt: II 29, 4; ¶¶ aliquem ex ⟨c⟩ suis: I 47, 1 *u. p. 2078* 𝔅) a) legati; cur etiam secundo proelio aliquos ex suis amitteret ⟨O^1; mitteret *Nx*⟩? 1, 72, 2; — cupidius insecuti (nostri) non nullos ex suis amiserunt: V 15, 2; — nostri . . . longius . . . secuti paucos ex suis deperdiderunt: III 28, 4; — duobusque milibus hominum armatis, quos partim ⟨o⟩ ex familiis societatum delegerat, partim a negotiatoribus coegerat, quos[que] ex suis quisque ad hanc rem idoneos existimabat, Pelusium peruenit: 3, 103, 1.

𝔉) in suos: (Lisco,) qui summo magistratui praeerat ⟨c⟩, . . . qui . . . uitae necisque in suos habet potestatem: I 16, 5.

𝔊) inter: principes . . . pagorum inter suos ius dicunt: VI 23, 5; — L. Fabius, . . . quem inter suos eo die dixisse constabat excitari se . . .: VII 47, 7; ¶ qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: VI 21, 4; ¶ seque alterum fore Sullam (Lentulus) inter suos gloriatur: 1, 4, 2; ¶ is primum inter suos queri atque indignari coepit regem ad causam dicendam euocari: 3, 108, 1; ¶¶ suos enim quisque opprimi et circumueniri non patitur,

neque, aliter si faciat ⟨c⟩, ullam inter suos ⟨int. suos ullam a⟩ habet auctoritatem: VI 11, 4; — Iccius Remus, summa nobilitate et gratia inter suos, qui tum oppido *praeerat, . . . nuntium . . . mittit: II 6, 4.

𝔖) per: celeriter confecto per suos dilectu . . . docuit, quid populi Romani . . . opes possent: VI 1, 4; — quorum alter accepto uulnere † occupatus per suos pro occiso sublatus, alter ⟨acc. uuln. occ. p. s. p. o. subl., alter *om. af*⟩ interfectus est: 3, 109, 5.

β) pertinet ad alium casum eiusdem enuntiati; αα) acc.: Titurius, cum procul Ambiorigem suos cohortantem conspexisset, . . . mittit: V 36, 1; ¶ ut obsesso Scipione necessario illum suis auxilium ferre cogeret: 3, 78, 4; ¶ (hunc incitatum *a* suis: 3, 108, 2 *u. p. 2085* **bb)** pollicitationibus;) — quos ille . . . excepit, . . . ut procul in uia dispositis familiaribus suis principibusque ciuitatum disparandos deducendosque ad suos curaret: VII 28, 6; — his pugnantibus illum in equum quidam ex suis intulit ⟨impulit β⟩: VI 30, 4.

ββ) genet.: praeoccupatus animus Attianorum militum timore ⟨c⟩ et fuga et caede suorum nihil de resistendo cogitabat: 2, 34, 6; ¶ magni interesse arbitrabatur (Caesar) eius auctoritatem inter suos quam plurimum ualere, cuius tam egregiam in se uoluntatem perspexisset: V 4, 3.

γ) pertinet ad subiectum eius enuntiati, ex quo pendet alterum enuntiatum (in oratione obl. ad eum, qui uerba facit); αα) subiect.; 𝔄) acc.: interiores . . . prius suos discessisse cognouerunt, quam munitionibus adpropinquarent: VII 82, 3. 4; ¶ cum suos pugna ⟨c⟩ superiores esse Galli ⟨galli superiores β⟩ confiderent et nostros multitudine premi uiderent: VII 80, 4; ¶ huc tota Vari conuersa acies suos fugere et concidi uidebat: 2, 34, 3; milites, cum ex uallo Pompeium adesse et suos fugere cernerent, . . . sibi consulebant: 3, 69, 4; ¶ pugnare: II 8, 4 *u.* ββ) circumuenire; ¶ (hostes) interea suos remigrare in agros ⟨in agr. rem. β⟩ iusserunt: IV 27, 7; ¶ cum (Caesar) paulo longius a castris processisset, suos ab hostibus premi atque aegre sustinere . . . animaduertit: IV 32, 3; ¶ magno coorto imbri ⟨c⟩ non inutilem hanc . . . tempestatem arbitratus est ⟨est *om.* β; *Schn.*⟩ . . . suosque ⟨suos quoque β; *Schn.*⟩ languidius in opere uersari iussit: VII 27, 1.

𝔅) a suis c. pass.: Caesar cognouit et montem a suis teneri et Heluetios castra mouisse: I 22, 4.

ββ) obiect.: Caesar . . . tormenta conlocauit, ne . . . hostes . . . ab lateribus pugnantes suos circumuenire possent: II 8, 4; suos enim quisque opprimi et circumueniri non patitur: VI 11, 4; ¶ concidi: 2, 34, 3 *u.* **αα) 𝔄)** fugere; ¶ quibus rebus et hostes terreri et suos incitari existimauerunt: 3, 92, 3; ¶ cum (Germani) suos interfici uiderent: IV 15, 1; ¶ opprimi: VI 11, 4 *u.* circumueniri; ¶ premi: IV 32, 3 *u.* **αα) 𝔄)** sustinere; ¶ ubi suos urgeri signisque . . . conlatis . . . milites sibi ipsos . . . esse impedimento uidit: II 25, 1; ¶ Caesar cum suos ex omnibus partibus uulnerari uideret, recipere se iussit: 3, 45, 4.

γγ) dat.: oppida incendi oportere, quae non munitione et loci natura ab omni sint periculo tuta, ne ⟨β; neu α; *edd.*⟩ suis sint ad detrectandam militiam receptacula, neu Romanis proposita ad copiam commeatus . . . tollendam ⟨CC⟩: VII 14, 9.

δδ) genet.: neque ullum fere diem intermittebat, quin equestri proelio . . . quid in quoque esset animi ac uirtutis suorum periclitaretur ⟨c⟩: VII 36, 4.

εε) c. praep.: id tulit ⟨o⟩ factum grauiter Indutiomarus suam gratiam inter suos minui: V 4, 4.

δ) pertinet ad adiectiuum: quo facto regem ut in sua potestate haberet Caesar *effecit magnam[que] regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans: 3, 109, 6.

b) additur adiectiuum (numeral.): (suos incolumes: V 22, 2 *u. p. 2095* **𝔄)** reducere;) ¶ sui omnes *u.* **omnis** *p. 926* **ββ) 𝔄)** *(14 (16) loc.)*; ¶ eadem celeritate paucos suos ex fuga nactus (Pompeius) nocturno itinere . . . ad mare peruenit: 3, 96, 4; nauiculam paruulam (Pompeius) conscendit cum paucis suis: 3, 104, 3.

B. neutr.; a) sing.: populi Romani hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui ⟨B^aβ; suis α⟩ nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores uelit esse: I 43, 8; — militibusque suis commendauit, ne qui eorum uiolaretur neu quid sui desiderarent: 3, 98, 2.

b) plural.; α) non additur adiect.: cum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset ⟨c⟩, quid . . . relinquere cogeretur: V 31, 4; — illi (Menapii) . . . in siluas paludesque confugiunt suaque eodem conferunt: VI 5, 7; — Haedui cum se sua-

que ab iis ⟨c⟩ defendere non possent, legatos . . . mittunt: I 11, 2.

β) additur adiect.: sua omnia *u.* **omnis** *p. 926 sq.* **B)** *(12 loc.).*

[**Falso:** una ex parte a Suebis ⟨suis β⟩ circiter milia passuum sescenta ⟨c⟩ agri uacare dicuntur: IV 3, 2; commutata omnium . . . opinione consensu † suo constituit Curio . . . proelio rem committere: 2, 33, 3; parentes suos commendabant, si quos ex eo ⟨suo *af*⟩ periculo fortuna seruare potuisset: 2, 41, 8.]

Sygambri *u.* **Sugambri.**

Sylla *u.* **Sulla.**

syngrapha: quid ergo? syngraphae non sunt, sed ⟨non sunt? Sed *Np.*⟩ res aliena est: *p. Bithynis ap. Iul. Rufinian.* § 8 *(rhet. lat. min. ed. Halm p.* 40).

Syria: quas (legiones) ab itinere Asiae Syriaeque ad suam potentiam dominatumque (Pompeius) conuerterat: 1, 4, 5; Scipioni obuenit Syria, L. Domitio Gallia: 1, 6, 5; Pompeius . . . magnam ex Asia Cycladibusque insulis, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phoenice, Aegypto classem coegerat: 3, 3, 1; magnam imperatam Asiae, Syriae ⟨siriae *a*⟩ regibusque omnibus et dynastis et tetrarchis et liberis Achaiae populis pecuniam exegerat (Pompeius): 3, 3, 2; praeter has exspectabat cum Scipione ex Syria ⟨sir. *a*⟩ legiones II: 3, 4, 3; sagittarios Creta, Lacedaemone, ex Ponto atque Syria ⟨ex syria *h*⟩ reliquisque ciuitatibus III *milia* numero habebat: 3, 4, 3; CC (equites) ex Syria a Commageno Antiocho, cui magna Pompeius praemia tribuit, missi erant, in his ⟨tribuit. Missi erant in his *Ox*⟩ plerique hippotoxotae: 3, 4, 5; finitimis hostibus Parthis post se relictis . . . legiones equitesque ex Syria ⟨sir. *a;* ex Syria *om. f*⟩ deduxerat (Scipio): 3, 31, 3; ciuibus Romanis . . . pecuniae imperabantur, mutuasque illas ⟨c⟩ ex senatus ⟨c⟩ consulto exigi dictitabant; publicanis, ut in Syria ⟨*Steph.;* in sorte *Ox*⟩ fecerant, insequentis anni uectigal promutuum: 3, 32, 6; Pompeius deposito adeundae Syriae consilio . . . Pelusium peruenit: 3, 103, 1; in hoc erant numero complures Pompei milites, quos ex eius exercitu acceptos in Syria ⟨syriam *Nx*⟩ Gabinius ⟨c⟩ Alexandriam traduxerat: 3, 103, 5; eodemque die Antiochiae in Syria ⟨siria *a*⟩ bis tantus exercitus clamor et signorum sonus exauditus est, ut in muris armata ciuitas discurreret: 3, 105, 3.

huc accedebant collecti ex praedonibus latronibusque Syriae Ciliciaeque prouinciae finitimarumque regionum: 3, 110, 3.

Syriacus: mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat: 3, 88, 1; ¶ praeerat . . . nauibus . . . Syriacis C. Cassius: 3, 5, 3.

Syrus (-i): isdem fere temporibus Cassius cum classe Syrorum ⟨syriorum *Of*⟩ et Phoenicum et Cilicum in Siciliam uenit: 3, 101, 1.

T

T. = Titus. *Si fides habenda est editoribus, hoc praenomen omnibus fere locis in codicibus plene scriptum est.* T. *uidetur inueniri in αh (omissum est in a¹)* I 10, 3 *(quo loco in f exstat* titum); *praeterea* T. *exstat in f* III 7, 4 (T. Silio), *in l* V 24, 2, *in fl* VI 1, 1; *etiam* 1, 46, 5 *in a (x?) uidetur scriptum esse* T. — 3, 105, 1 *Np. scripsit* T., *Db.* Titum *nullo librorum dissensu indicato.* — I 21, 2 *Holder errore uidetur scripsisse* T., *cum in ABfl reperiri* Titum *constet.* — *In α plene scriptum, in β omissum est* II 11, 3 *et* VII 90, 4; *item omissum est in hl* II 26, 4.

Additur praenomen T. *his nominibus:* Ampius ⟨apius *af*⟩: 3, 105, 1; Baluentius ⟨uentius β⟩: V 35, 6; Caecilius: 1, 46, 5; Labienus: I 10, 3; 21, 2; II 11, 3 ⟨c⟩; 26, 4; III 11, 1; IV 38, 1; V 24, 2; 37, 7; VI 33, 1; VII 90, 4 ⟨c⟩; 3, 19, 5; Pulio ⟨pullo *X*⟩: V 44, 1; 3, 67, 5 ⟨puleio *Nfhl*⟩; Sextius: VI 1, 1; VII 49, 1; 51, 2; 90, 6; Silius ⟨sillius *X*⟩: III 7, 4; Terrasidius: III 7, 4.

tabella: L. Domitius in consilio dixit placere sibi bello confecto ternas tabellas dari ad iudicandum iis ⟨c⟩, qui ordinis essent senatorii belloque una cum ipsis interfuissent, sententiasque de singulis ferrent ⟨ferri *Paul*⟩, qui Romae remansissent quique intra praesidia Pompei fuissent neque operam in re militari praestitissent: unam fore tabellam, qua ⟨*Paul ter;* qui *ter x; edd.;* quos *RMenge; Hell.;* in *add. hl*⟩ liberandos omni periculo censerent, alteram, *qua capitis damnarent, tertiam, *qua pecunia ⟨c⟩ multarent: 3, 83, 3. 4.

tabernaculum. A. obi.: in castris Pompei uidere licuit . . . recentibus caespitibus tabernacula constrata; L. etiam Lentuli et non nullorum tabernacula protecta hedera: 3, 96, 1; ¶ ubi Caesaris castra posita tabernaculaque constituta et dimissos equites . . . animum aduerterunt, sese subito proripiunt: 1, 80, 3; ¶ signo iam profectionis dato tabernaculisque detensis ⟨detentis *hpr.*⟩ animum ⟨c⟩ aduersum

est . . .: 3,85,3; ¶ protegere: 3, 96,1 *u.* consternere; ¶ Varus . . . terrore exercitus cognito bucinatore in castris et paucis ad speciem tabernaculis ⟨-li *z*⟩ relictis . . . exercitum in oppidum reducit: 2, 35, 7; ¶ eo die tabernacula statui passus non est, quo paratiores essent ad insequendum omnes: 1,81,2.

B. c. praep.; a) ex: hic . . . inermis ex tabernaculo prodit: VI 38,2.

b) in c. abl.: hi . . . abditi in tabernaculis aut suum fatum ⟨*c*⟩ querebantur aut: I 39,4; ¶ ut Teutomatus ⟨*c*⟩, rex Nitiobrogum, subito in tabernaculo oppressus, ut meridie conquieuerat, . . . uix se ex manibus praedantium militum eriperet: VII 46,5.

tabula. A. = index: in castris Heluetiorum tabulae repertae sunt litteris Graecis confectae ⟨conscriptae *Bentl.*⟩ et ad Caesarem relatae, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset: I 29,1.

B. = exemplum: tabulae testamenti unae ⟨una *a*⟩ per legatos eius Romam ⟨romae *z*⟩ erant allatae, ut in aerario ponerentur — hae, cum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositae — alterae eodem exemplo relictae atque obsignatae Alexandriae proferebantur: 3,108,4.

C. tabulae nouae: (Caelius) sublata priore lege duas promulgauit: unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donauit, aliam ⟨alteram *Faern.*⟩ tabularum nouarum: 3,21,1; — hoc et ad timorem nouarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere ⟨*c*⟩ bella et ciuiles dissensiones sequi consueuit, et ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimauit: 3,1,3.

tabulatio: centonesque insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis immissa ⟨missa *Ohl*⟩ tabulationem ⟨tribulationem *af;* tabulatum *Paul*⟩ perfringerent aut saxa ex catapultis latericium discuterent: 2,9,3.

tabulatum. A. obi.: ita tuto ac sine ullo uulnere ac periculo sex tabulata exstruxerunt: 2,9,8; ¶ perfringere: 2,9,3 *u.* **tabulatio.**

B. genet.: in extremo ponte turrim ⟨*c*⟩ tabulatorum quattuor constituit: VI 29,3; — in quarta quaque earum (ratium) turres binorum tabulatorum excitabat: 1,25,10.

C. abl. (c. praep.?): ibi turres cum ternis ⟨turres quaternis *Paul*⟩ tabulatis erigebat easque multis tormentis et omni genere telorum completas ad opera Caesaris adpellebat ⟨*c*⟩: 1,26,1.

taceo. A. intrans.: quin etiam quod necessariam ⟨*CC*⟩ rem coactus Caesari enuntiarit, intellegere sese, quanto id cum periculo fecerit, et ob eam causam quam diu potuerit tacuisse: I 17,6.

B. transit.: tum demum Liscus . . . quod antea tacuerat proponit: I 17,1.

tacitus: nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere ⟨-sere *AB*[2] *afl*⟩: I 32,3.

taeda: Cassius . . . magno uento et secundo completas onerarias naues ⟨et *add. a*[1]⟩ taeda et pice et stuppa reliquisque rebus, quae sunt *aptae ad incendia, in Pomponianam classem immisit: 3,101,2; — cupas taeda ac pice refertas incendunt easque de muro in musculum deuoluunt: 2,11,2.

taeter: cognoscebant . . . uti . . ipsos ualetudine non bona cum angustiis loci et odore taetro ex multitudine ⟨non bona . . . multitudine *om. af*⟩ cadauerum . . ., tum . . .: 3,49,3.

talea: ante haec taleae ⟨taliae *ABcorr. Mf; Hold.;* talie *Qhl;* talae *Bpr.;* talee *a*[1]⟩ pedem longae ferreis hamis infixis ⟨β; infixae *al*⟩ totae in terram infodiebantur mediocribusque ⟨effodiebantur. mediocribus β⟩ intermissis spatiis omnibus locis disserebantur; quos stimulos nominabant: VII 73,9; ¶ (Britanni) utuntur aut aere aut nummo aureo ⟨aereo β; *Schn.*⟩ aut taleis ⟨*af;* aliis *ahl;* au taliis *Hold.*⟩ ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo ⟨pro nummo *om.* β; *u. CC*⟩: V 12,4.

talis. A. = τοιοῦτος: primam aciem quaternae cohortes ex V legionibus tenebant, has subsidiariae ternae et rursus aliae totidem . . . subsequebantur; sagittarii funditoresque media continebantur acie, equitatus latera cingebat. tali ⟨modo *add. Paul*⟩ instructa acie tenere uterque propositum uidebatur: 1,83,3; ¶ tali modo *u.* **modus** *p. 629* β) *(4 loc.)*; 1, 83,3 *u.* acies; ¶ milites uero palam inter se loquebantur, quoniam talis occasio (*cf.* 1,71) uictoriae dimitteretur, etiam cum uellet Caesar, sese non esse pugnaturos: 1,72,4; ¶ nec fuit spatium tali tempore (*cf.* 39,3) ad contrahenda castra: VII 40,2; — tali (*cf.* § 6—8) timore ⟨tempore β⟩ omnibus perterritis confirmatur ⟨*c*⟩ opinio barbaris . . . nullum esse intus praesidium: VI 37,9.

B. = τοσοῦτος, tantus, tam grauis: ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore (*cf.* V 26—38) stirps ac nomen ciuitatis

tollatur: VI 34, 8; ¶ haec Afranius Petreiusque . . . uberiora Romam ad suos perscribebant. multa rumor ⟨c⟩ adfingebat ⟨c⟩, ut paene bellum confectum uideretur. quibus litteris nuntiisque Romam perlatis . . . multi ex Italia ad Cn. Pompeium proficiscebantur, alii, ut principes talem nuntium attulisse, alii, ne . . . uiderentur: 1, 53, 3; ¶ occasio: 1, 72, 4 *u.* A.; ¶ timor: VI 37, 9 *ib.*

tam. A. pertinet ad ea, quae antecedunt; a) c. adiectiuis: magni interesse arbitrabatur eius auctoritatem inter suos quam plurimum ualere, cuius tam egregiam (*cf.* V 3, 3) in se uoluntatem perspexisset: V 4, 3; ¶ (tamen tot ⟨tam multis β⟩ incommodis (*cf.* V 32—35, 4) conflictati multis uulneribus acceptis resistebant: V 35, 5;) ¶ hoc uero magis properare Varro, ut cum legionibus quam primum Gades contenderet, ne itinere aut traiectu intercluderetur: tanta ac tam secunda in Caesarem uoluntas prouinciae reperiebatur: 2, 20, 1.

b) c. aduerb.: quod, cum esse omnium iudicio inferiores uiderentur, comminus tam diu (*cf.* 1, 43, 5—46) stetissent et nostrorum impetum sustinuissent: 1, 47, 2; ¶ quod sua uictoria tam insolenter (*cf.* I 13, 4) gloriarentur quodque tam diu ⟨tandiu *a*⟩ se impune iniurias **in*tulisse admirarentur, eodem pertinere: I 14, 4.

B. pertinet ad rem notam, uel idem ualet quod maxime; a) c. adiect.: ne tanta et tam coniuncta populo Romano ciuitas, quam ipse semper . . . ornasset, ad uim atque arma descenderet ⟨c⟩: VII 33, 1; ¶ neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum praesertim fugientem atque impeditam adoriri non audeant: VI 8, 1; ¶ (tam . . . magna: 1, 52, 3 *u.* paucis;) ¶ eos accusat, quod, cum neque emi neque ex agris sumi (frumentum) *possit, tam necessario tempore, tam propinquis hostibus, ab iis ⟨c⟩ non subleuetur: I 16, 6; ¶ (†et tam ⟨ita (*pro* et tam) *Paul*⟩ paucis diebus magna erat rerum facta commutatio ac ⟨c⟩ se fortuna inclinauerat, ut: 1, 52, 3;) ¶ iam animo uictoriam praecipiebant, quod de re tanta et a ⟨re tam certa a *Paul*⟩ tam perito imperatore nihil frustra confirmari uidebatur: 3, 87, 7; ¶ ut celeriter perrumpant censent, quoniam tam propinqua sint castra: VI 40, 2; I, 16, 6 *u.* necessarius.

b) c. aduerb.: tam diu: I 14, 4 *u.* **A. b)** insolenter; ¶ cum uideret Germanos tam facile impelli, ut ⟨c⟩ in Galliam uenirent: IV 16, 1; ¶ cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum iudicaret? I 40, 2.

C. pertinet ad ea, quae sequuntur; sequitur a) qui: neque uero ⟨*Faern.*; eo *x*⟩ tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieuerit: 1, 21, 5.

b) quin: nemo est tam ⟨tam β; *om.* α; tam est *Fr.*⟩ fortis, quin rei nouitate perturbetur ⟨*u.* *CC*⟩: VI 39, 3.

c) ut: quod fratres ⟨c⟩ Haeduos appellatos diceret, non se tam barbarum neque tam imperitum esse rerum, ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque . . .: I 44, 9; — ad eum peruenit, tam oportuno tempore, ut simul Domitiani exercitus puluis cerneretur et primi antecursores Scipionis uiderentur: 3, 36, 8; — temporis tanta fuit exiguitas hostiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut non modo ad insignia adcommodanda, sed etiam ad galeas induendas ⟨c⟩ scutisque tegimenta detrahenda ⟨c⟩ tempus defuerit: II 21, 5.

[**Falso:** sua . . . beneficia commemorauit ⟨c⟩, quod rex appellatus esset a senatu, quod amicus, quod munera amplissima ⟨tam amplissima *B*ᵃβ; amplissime α; *edd.*⟩ missa: I 43, 4; quod legionem neque eam ⟨β; tam α⟩ plenissimam . . . propter paucitatem despiciebant: III 2, 3; naues . . . incendit, quod † tam late ⟨naualia *Paul*⟩ tueri parua manu non poterat: 3, 111, 6; tu quoque tu in summis, o ⟨*Steph.*; tu in summisso *A*; tam submisso *DEZ*; non tam summisso *BCFG*⟩ dimidiate Menander, poneris: *ap. Suet. uita Terent.* 5.]

tamen. A. ui aduersatiua; a) antecedit coniunctio concessiua; α) cum: cum ea ita sint, tamen, si obsides ab iis ⟨c⟩ sibi dentur, . . . sese cum iis ⟨c⟩ pacem esse facturum: I 14, 6; hos cum Suebi multis saepe bellis experti propter amplitudinem . . . finibus expellere non potuissent, tamen uectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt: IV 3, 4; his tot rebus impedita oppugnatione milites, cum toto tempore frigore ⟨c⟩ et adsiduis imbribus tardarentur ⟨c⟩, tamen continenti labore omnia haec superauerunt et diebus XXV aggerem . . . altum pedes LXXX exstruxerunt: VII 24, 1; ab sinistro, . . . cum primi ordines hostium transfixi pilis ⟨c⟩ concidissent, tamen acerrime reliqui resistebant, nec dabat suspicionem fugae quisquam: VII 62, 4; cum Furnium nostrum tantum uidissem neque loqui neque audire meo commodo potuissem, properarem atque essem in itinere praemissis iam legionibus, praeterire tamen non potui,

quin et scriberem ad te et illum mitterem gratiasque agerem; etsi hoc et feci . . . : *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A.*

β) etsi *u.* **etsi 1. A. a)** *p. 1150—1152 (30 (31) loc.).*

γ) si: ut, si qui etiam in praesentia se occultassent, tamen his deducto exercitu rerum omnium inopia pereundum uideretur: VI 43, 3; cuius rei si exemplum non haberemus, tamen libertatis causa institui et posteris prodi pulcherrimum iudicarem ⟨*tot. hoc enunt. om.* β⟩: VII 77, 13; ut, si peracto consulatu ⟨*c*⟩ Caesaris non ⟨*c*⟩ profectus ⟨*c*⟩ esset, nulla tamen mendacii religione obstrictus uideretur: 1, 11, 2.

δ) tametsi: quae tametsi ⟨tamen etsi *f*⟩ Caesar intellegebat, tamen quam mitissime potest legatos appellat: VII 43, 4; ¶ nostri tametsi ⟨tamen etsi β⟩ ab duce et a fortuna deserebantur, tamen omnem spem ⟨*o*⟩ salutis in uirtute ponebant ⟨*u. CC*⟩: V 34, 2; ac tametsi dextris umeris exsertis animaduertebantur, quod insigne † pacatum esse consuerat, tamen id ipsum sui fallendi causa milites ab hostibus factum existimabant: VII 50, 2; ac tametsi magnopere admirabatur Magium, quem ad Pompeium cum mandatis miserat, ad se non remitti, atque ea res saepe temptata etsi impetus eius consiliaque tardabat, tamen omnibus rebus ⟨*CC*⟩ in eo perseuerandum putabat: 1, 26, 2; ¶ nam et peruenit prius quam Pompeius sentire posset et tametsi ⟨etiam etsi *af*⟩ erant munitiones castrorum magnae, tamen ⟨in *add. f*⟩ sinistro cornu . . . celeriter adgressus Pompeianos ex uallo deturbauit: 3, 67, 4; ¶¶ intellegere sese, tametsi ⟨*AQB*[2]*a*; iam et si *B*[1]*Mh*⟩ pro ueteribus Heluetiorum iniuriis . . . poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Romani accidisse: I 30, 2.

ε) ut: ac iam ut omnia contra opinionem acciderent ⟨acciderant *ABM*; accederent β⟩, tamen ⟨*om. f*⟩ se plurimum nauibus posse . . .: III 9, 6.

b) antecedit participium ui concessiua; α) particip. coniunctum: se in praetorium contulit summae rei diffidens et tamen euentum exspectans: 3, 94, 7; ¶ nostri usi fortunae beneficio tamen impetum classis timebant, si forte uentus remisisset: 3, 26, 4; ¶ Adiatunnus ⟨*c*⟩ eruptionem facere conatus . . . repulsus in oppidum tamen uti eadem deditionis condicione uteretur a ⟨*c*⟩ Crasso impetrauit: III 22, 4; summa imperii traditur Camulogeno Aulerco, qui prope confectus aetate tamen propter singularem scientiam rei militaris ad eum est honorem euocatus ⟨*CC*⟩: VII 57, 3.

β) abl. abs.: armorum magna multitudine de muro in fossam . . . iacta, sic ut . . . adaequarent ⟨*c*⟩, et tamen circiter parte tertia . . . celata atque in oppido retenta . . . pace sunt usi: II 32, 4; turribus autem excitatis tamen has altitudo puppium ex barbaris nauibus superabat: III 14, 4; summa difficultate rei frumentariae adfecto exercitu . . . nulla tamen uox est ab iis ⟨ex iis uox est β⟩ audita populi Romani maiestate . . . indigna: VII 17, 3; at ⟨*c*⟩ reliquarum legionum milites non exaudito ⟨audito β⟩ sono tubae, quod satis magna ⟨*c*⟩ ualles intercedebat ⟨*c*⟩, tamen a ⟨*c*⟩ tribunis militum legatisque, ut erat a Caesare praeceptum, retinebantur: VII 47, 2; Sullam nudata omnibus rebus tribunicia potestate tamen intercessionem liberam reliquisse: 1, 7, 3.

c) antecedit enuntiatum primarium ui concessiua; α) particulae tamen neque alia particula additur neque pronomen relatiuum: Caesar . . . concedendum non putabat . . . . tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites . . . conuenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: I 7, 6; scire se illa esse uera ⟨*o*⟩, nec quemquam ex eo plus quam se doloris capere, propterea quod . . . per se creuisset, quibus opibus ac neruis . . . paene ad perniciem suam uteretur. sese tamen et amore fraterno et existimatione uulgi commoueri: I 20, 3; Caesar primo . . . proelio supersedere statuit, cotidie tamen equestribus proeliis quid hostis uirtute posset et quid nostri auderent periclitabatur ⟨sollicitationibus exquirebat *B*[2]β⟩: II 8, 2; huius ⟨*c*⟩ modi sententiae dicebantur, ut impedimentis relictis eruptione facta isdem itineribus, quibus eo peruenissent, ad salutem contenderent. maiori tamen parti placuit hoc reseruato ⟨*c*⟩ ad extremum *casum consilio interim rei euentum experiri et castra defendere: III 3, 4; qui (Vsipetes et Tencteri) complures ⟨*c*⟩ annos Sueborum uim sustinuerunt, ad extremum tamen agris expulsi et . . . triennium uagati ad Rhenum peruenerunt: IV 4, 2; Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant, quod Germanorum consuetudo haec ⟨*c*⟩ sit a maioribus tradita, quicumque bellum inferant resistere neque deprecari. haec tamen dicere: uenisse inuitos, eiectos domo . . .: IV 7, 3; haec omnia Caesar eodem illo pertinere arbitrabatur, ut . . . equites eorum . . . reuerterentur; tamen sese non longius milibus passuum quattuor aqua-

tionis causa processurum eo die dixit . . .: IV 11, 4; pugnatum est ab utrisque acriter. nostri tamen, quod neque ordines seruare neque firmiter insistere . . . poterant . . ., magnopere perturbabantur ⟨-turbantur α⟩: IV 26, 1; leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi uoluptatisque ⟨c⟩ causa: V 12, 6; locum reperit ⟨c⟩ egregie natura atque opere munitum; tamen hunc duabus ex partibus oppugnare contendit: V 21, 4; tum demum Titurius, qui ⟨c⟩ nihil ante prouidisset, trepidare et concursare cohortesque disponere, haec tamen ipsa timide atque ⟨c⟩ ut eum ⟨c⟩ omnia deficere uiderentur: V 33, 1; cum in eum locum, unde erant egressi ⟨c⟩, reuerti coeperant, . . . circumueniebantur; sin autem locum tenere uellent, nec uirtuti locus relinquebatur neque ab tanta multitudine coniecta tela conferti ⟨c⟩ uitare ⟨c⟩ poterant. tamen tot ⟨c⟩ incommodis conflictati multis uulneribus acceptis resistebant et . . . nihil, quod ipsis esset indignum, committebant: V 35, 5; omnem esse in armis Galliam ⟨c⟩; . . . Caesaris reliquorumque hiberna oppugnari . . . . errare eos dicunt, si quicquam ab his ⟨c⟩ praesidii sperent, qui suis rebus diffidant. sese tamen hoc esse in Ciceronem ⟨c⟩ populumque ⟨c⟩ Romanum animo, ut . . .: V 41, 5; at Caesar principibus cuiusque ciuitatis ad se euocatis ⟨c⟩ . . . magnam partem Galliae ⟨c⟩ in officio tenuit. tamen Senones . . . Cauarinum . . . interficere publico consilio conati, cum ille . . . profugisset, usque ad fines insecuti regno domoque expulerunt et . . .: V 54, 2; aduentu Caesaris facta commutatione rerum, obsidibus Haeduis redditis, ueteribus ⟨c⟩ clientelis restitutis . . . Sequani principatum dimiserant. in eorum locum Remi successerant; . . . eo tamen ⟨*Paul;* tum *X; edd.*⟩ statu res erat, ut longe principes haberentur ⟨c⟩ Haedui, secundum locum dignitatis Remi obtinerent: VI 12, 9; magnam haec res Caesari difficultatem ad consilium capiendum adferebat, si . . . legiones contineret, ne stipendiariis Haeduorum expugnatis cuncta Gallia deficeret . . ., si maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria . . . laboraret. praestare uisum est tamen omnes difficultates perpeti quam . . . omnium suorum uoluntates alienare: VII 10, 2; eruptio fiebat. alii faces atque aridam materiem ⟨c⟩ de muro in aggerem eminus iaciebant, picem reliquasque ⟨c⟩ res, quibus ignis excitari potest, fundebant, ut . . . cui rei ferretur auxilium uix ratio iniri posset. tamen, quod instituto Caesaris semper ⟨c⟩ duae legiones . . . excubabant ⟨c⟩ pluresque . . . erant in opere, celeriter factum est, ut alii eruptionibus resisterent, alii turres reducerent . . .: VII 24, 5; sibi numquam placuisse Auaricum defendi . . ., sed factum imprudentia Biturigum . . ., uti hoc incommodum acciperetur. id tamen se celeriter maioribus commodis sanaturum ⟨sarturum *coni. Schn.*⟩: VII 29, 5; erat e regione oppidi collis . . .; quem si tenerent nostri, et aquae magna parte et pabulatione libera prohibituri hostes uidebantur. sed is locus praesidio ab his non † nimis firmo ⟨non infirmo *Zucker*⟩ tenebatur. tamen silentio ⟨non nimis tamen firmo tenebatur. silentio *Hotom.; u. CC*⟩ noctis Caesar ex castris egressus . . . deiecto ⟨c⟩ praesidio potitus loco duas ibi legiones conlocauit: VII 36, 7; ex his Bellouaci suum numerum non contulerunt ⟨c⟩, quod se suo nomine . . . bellum gesturos ⟨c⟩ dicerent ⟨c⟩ . . .; rogati tamen a ⟨c⟩ Commio pro eius hospitio duo milia ⟨c⟩ miserunt: VII 75, 5; ciuitatem eius (Commii) immunem esse (Caesar) iusserat, iura legesque reddiderat atque ipsi Morinos attribuerat. tamen tanta ⟨tanta tamen β⟩ uniuersae Galliae consensio fuit libertatis uindicandae et pristinae belli laudis recuperandae, ut neque beneficiis neque amicitiae memoria *moueretur omnesque et animo et opibus in id bellum incumberent: VII 76, 2; constituunt, ut . . . omnia prius experiantur ⟨c⟩ quam ad ⟨c⟩ Critognati sententiam ⟨c⟩ descendant ⟨c⟩; illo tamen ⟨β; tamen tempore α⟩ potius utendum consilio, si res cogat . . ., quam aut ⟨c⟩ deditionis aut ⟨c⟩ pacis subeundam condicionem: VII 78, 2; doluisse se, quod . . . in urbem retraheretur, cuius absentis rationem haberi proximis comitiis populus iussisset. tamen hanc iacturam honoris sui rei publicae causa aequo animo tulisse: 1, 9, 3; ab his primo Marsi dissentire incipiunt . . . tantaque inter eos dissensio exsistit, ut manum conserere . . . conentur; post paulo tamen internuntiis ultro citroque missis quae ignorabant de L. Domitii fuga cognoscunt. itaque . . .: 1, 20, 4; hoc pugnabatur loco et propter angustias iniquo et quod sub ipsis radicibus montis constiterant, ut nullum frustra telum in eos mitteretur. tamen uirtute et patientia nitebantur atque omnia uulnera sustinebant: 1, 45, 6; ad hos opprimendos . . . Afranius de nocte proficiscitur imprudentesque ante missis equitibus adgreditur. celeriter sese tamen Galli equites expediunt proeliumque committunt: 1, 51, 4; hoc pugnae tempus magnum attulit nostris ad salutem momentum: nacti enim spatium se . . . receperunt. desiderati sunt . . . equites pauci, calonum atque *iumentorum non magnus numerus. his

tamen ⟨tum *Nicas. Ellebodius*⟩ omnibus *rebus annona creuit: 1, 52, 1; pauci ⟨c⟩ ex his militibus ablati ⟨c⟩ flumine ab equitatu excipiuntur ac subleuantur; interit tamen nemo: 1, 64, 7; erat in celeritate omne positum certamen . . .; sed exercitum Caesaris uiarum difficultates tardabant, Afranii copias equitatus Caesaris insequens morabatur. res tamen ab Afranianis huc erat necessario deducta ⟨c⟩, ut, si priores montes . . . attigissent, ipsi periculum uitarent, impedimenta . . . seruare non possent: 1, 70, 2; his eos suppliciis ⟨c⟩ male ⟨c⟩ haberi ⟨c⟩ Caesar et ⟨c⟩ necessariam subire deditionem quam proelio decertare malebat. conatur tamen eos uallo fossaque circummunire: 1, 81, 5; tali instructa acie tenere uterque propositum uidebatur: Caesar, *ne* nisi coactus proelium committeret ⟨c⟩, ille, ut opera Caesaris impediret. producitur tum ⟨*Np.; tamen Ox; Paul*⟩ res, aciesque ad solis occasum continentur; inde utrique in castra discedunt: 1, 83, 3; erant per se magna quae gesserant equites. . . . haec tamen ab ipsis inflatius commemorabantur: 2, 39, 4; praeerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius, Asiaticis D. Laelius et C. Triarius, Syriacis C. Cassius, Rhodiis C. Marcellus cum C. Coponio ⟨c⟩, Liburnicae atque Achaicae classi ⟨c⟩ Scribonius Libo et M. Octauius; toti tamen officio maritimo M. Bibulus praepositus cuncta administrabat: 3, 5, 4; quorum mediam ⟨c⟩ orationem ⟨c⟩ interrumpunt subito undique tela immissa; quae ille obtectus armis militum uitauit. uulnerantur tamen complures, in his Cornelius Balbus, M. Plotius, L. Tiburtius, centuriones: 3, 19, 6; illos secreto castigauit, quod quaestui equites haberent, monuitque, ut ex sua amicitia omnia exspectarent et ex praeteritis suis officiis reliqua sperarent. magnam tamen haec res illis offensionem et contemptionem ad omnes attulit: 3, 60, 2; aciemque instruxit primo ⟨c⟩ suis locis . . ., continentibus uero diebus, ut . . . collibus . . Pompeianis aciem subiceret. quae res in dies confirmatiorem eius exercitum efficiebat. superius tamen institutum in equitibus, quod demonstrauimus, seruabat, ut . . .: 3, 84, 3; exercitus regius equitatusque omnis uenire Alexandriam nuntiatur. Caesaris copiae nequaquam erant tantae, ut iis . . . confideret. relinquebatur ut se suis locis oppido teneret consiliumque Achillae cognosceret. milites tamen omnes in armis esse iussit: 3, 109, 3.

β) additur alia particula; αα) atque, ac: coactus est . . . legiones . . in plures ciuitates distribuere . . . . ad hunc modum distributis legionibus facillime inopiae *rei frumentariae sese mederi posse existimauit. atque harum ⟨atq. arum *BM*⟩ tamen omnium legionum hiberna . . . milibus passuum centum continebantur: V 24, 7; Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit, ille a uallo ⟨c⟩ non discedere perseuerauit. ac tamen ⟨*Np.; attamen codd.*⟩ aegre retentis Domitianis militibus est factum, ne proelio contenderetur: 3, 37, 3; noli, inquit, existimare, Pompei, hunc esse exercitum, qui Galliam Germaniamque deuicerit. . . . perexigua pars illius exercitus superest . . . . hae copiae, quas uidetis, ex dilectibus ⟨c⟩ horum annorum . . . sunt refectae, et plerique sunt ex coloniis ⟨c⟩ Transpadanis. ac tamen ⟨at tamen *Oh*[2]⟩ quod fuit roboris duobus proeliis Dyrrachinis interiit: 3, 87, 5.

ββ) at (*u.* αα) 3, 37, 3 *et* 87, 5;) (at Caesar, etsi nondum eorum consilia cognouerat, tamen . . . fore id, quod accidit, suspicabatur: IV 31, 1.)

γγ) neque: Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant: IV 7, 3; (quod dictum ⟨*del. Ciacc.*⟩ Haedui grauiter ferebant, neque ⟨tamen *add. Ciacc.*⟩ recusandi aut deprecandi causa legatos ad Caesarem mittere audebant: V 6, 2;) Treueri uero . . . nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, ciuitates sollicitarent . . .; neque tamen ulli ciuitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret: V 55, 2; magno dolore Haedui ferunt ⟨c⟩ se deiectos principatu, . . . et Caesaris in se indulgentiam ⟨c⟩ requirunt, neque tamen suscepto bello suum consilium ab ⟨c⟩ reliquis separare audent: VII 63, 8.

δδ) nihilo minus: si hoc sibi remitti uellent, remitterent ipsi de maritimis custodiis; si illud tenerent, se quoque id retenturum. nihilo minus tamen agi posse de compositione, ut haec non remitterentur: 3, 17, 4; Vibullius . . . adhibito Libone et L. Lucceio et Theophane . . . de mandatis Caesaris agere instituit. quem ingressum in sermonem Pompeius . . . loqui plura prohibuit. quid mihi, inquit . . . . ab iis ⟨c⟩ Caesar haec facta cognouit, qui sermoni interfuerunt; conatus tamen nihilo minus est aliis rationibus per conloquia de pace agere ⟨conatus . . . agere *del. Hug*⟩: 3, 18, 5.

εε) nihilo setius *u.* nihil *p. 776* ε) V 4, 3; 7, 3; 2, 7, 4.

ζζ) non: prohibetur a ⟨c⟩ Gobannitione, patruo suo, reliquisque principibus . . ., expellitur ex oppido Gergouia; non desistit ⟨c⟩ tamen

atque in agris habet dilectum egentium ac perditorum: VII 4, 3.

ηη) sed *u.* **sed** *p. 1807 sq.* **b)** *(9 loc.)*

ϑϑ) **ita; sic:** equites hostium essedariique acriter proelio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt, ita ⟨β; *Schn.; om. α; rell. edd.*⟩ tamen, ut nostri omnibus partibus superiores fuerint atque eos ⟨*c*⟩ in siluas collesque compulerint; sed compluribus interfectis cupidius insecuti non nullos ex suis amiserunt: V 15, 1 (2); ¶ esse non nullo se Caesaris beneficio adfectum, sic tamen, ut iustissimam apud eum causam obtinuerit; sed plus communi libertati tribuere: VII 37, 4.

γ) **additur pronom. relatiu.:** factum eius hostis periculum . . . etiam nuper in Italia seruili tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina, quam ⟨*c*⟩ a nobis accepissent, subleuarent: I 40, 5; denique hos esse eosdem ⟨*c*⟩, quibuscum ⟨*c*⟩ saepe numero Heluetii congressi . . . plerumque superarint ⟨*c*⟩, qui tamen pares esse nostro exercitui non potuerint: I 40, 7; tanta tempestas subito coorta est, ut nulla earum (nauium) cursum tenere posset, sed aliae eodem, unde erant profectae, referrentur, aliae ad inferiorem partem insulae . . . deicerentur; quae tamen ancoris iactis cum fluctibus complerentur, necessario . . . in altum prouectae continentem petierunt ⟨*c*⟩: IV 28, 3; magnamque res diligentiam requirebat non in summa exercitus tuenda . . ., sed in singulis militibus conseruandis; quae tamen ex parte res ad salutem exercitus pertinebat: VI 34, 3; omnia haec iam pridem contra se parari: in se noui generis imperia constitui . . .; in se iura magistratuum commutari . . .; in se uno non seruari quod sit omnibus datum semper imperatoribus, ut rebus feliciter gestis . . . domum reuertantur exercitumque dimittant. quae tamen omnia et se ⟨*del. Paul*⟩ tulisse patienter et esse laturum; neque nunc id agere, ut ab illis abductum exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit, sed ne illi habeant quo contra se uti possint: 1, 85, 11; summis . . angustiis rerum necessariarum premebantur, adeo ut cogerentur . . . aquam Corcyra ⟨*c*⟩ nauibus onerariis supportare; atque etiam uno tempore accidit, ut . . . nocturnum excipere rorem cogerentur; quas tamen difficultates patienter atque aequo animo ferebant neque sibi . . . relinquendos portus existimabant: 3, 15, 5; illi necessario loca sequi . . . palustria et puteos fodere cogebantur . . .; qui tamen fontes ⟨*del. Ciacc.*⟩ a quibusdam praesidiis aberant longius et celeriter aestibus exarescebant: 3, 49, 5; neque proelio decertare uoluit, quae res tamen ⟨cum res tanta *Ciacc.; tamen om. N; Clark.;* tum *coniec. Clark.; Oud.*⟩ fortasse aliquem reciperet casum: 3, 51, 5.

B. ui restrictiua; a) antecedit si: quod si praeterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum: I 40, 15; et si tempus anni ad bellum gerendum deficeret ⟨*c*⟩, tamen magno sibi ⟨*o*⟩ usui fore arbitrabatur, si: IV 20, 2; quod si iniquitatem loci timeret, datum iri ⟨ire *Ox*⟩ tamen ⟨iam *Madu.*⟩ *aequo loco pugnandi facultatem: 1, 71, 4.

b) non antecedit coniunctio si: hoc esse miseriorem . . . fortunam Sequanorum quam reliquorum, quod . . . absentis . . Ariouisti crudelitatem, uelut si coram adesset, horrerent, propterea quod reliquis tamen ⟨*BM;* tantum *AQB²β*⟩ fugae facultas daretur, Sequanis uero, qui . . . Ariouistum recepissent, . . . omnes cruciatus essent perferendi: I 32, 5; 40, 5 *u. p. 2113 γ*); sic ut amissis circiter ⟨*c*⟩ XL nauibus reliquae tamen refici posse magno negotio uiderentur: V 11, 2; 1, 7, 3 *u. p. 2108* **b)** β); 3, 51, 5 *u. p. 2114 γ*).

[**Falso:** III 21, 1 *u.* **tandem A.;** (principes) singillatim Cingetorigi conciliauit, quod cum merito eius a se fieri intellegebat, tum ⟨tamen β⟩ magni interesse arbitrabatur eius auctoritatem inter suos quam plurimum ualere: V 4, 3; multitudo tormentorum omnem administrationem tardabat. crebrae etiam ⟨*Np.;* tamen *codd.;* tum crebrae *Ciacc.*⟩ per Albicos eruptiones fiebant: 2, 2, 6.]

(tamenetsi *u.* **tamen A. a) δ)** V 34, 2.**)**

Tamesis: cuius (Cassiuellauni) fines a maritimis ciuitatibus flumen diuidit, quod appellatur Tamesis, a mari circiter milia passuum LXXX: V 11, 8; Caesar cognito consilio eorum ad flumen Tamesim ⟨tamesin β; *Schn.;* Tamessim *l;* tamesī *A*⟩ in fines Cassiuellauni exercitum duxit, quod flumen uno omnino loco pedibus, atque hoc aegre, transiri potest: V 18, 1; *cf.* § 2—5.

tametsi. A. sequitur tamen *u.* **tamen A. a) δ)** *p. 2107 (6 loc.)*

B. non sequitur tamen: Caesar superius institutum seruans X. legionem in dextro cornu, nonam in sinistro conlocauerat, tametsi erat Dyrrachinis proeliis uehementer attenuata ⟨erat . . . attenuata *NOhl;* erant attenuatae *af*⟩: 3, 89, 1.

tamquam: (id quod a C. Caesare . . . in primo de analogia libro scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, ut) tamquam scopulum, sic fugias inauditum ⟨infrequens *Macrob.*⟩ atque insolens uerbum: *ap. Gell.* I 10, 4; *cf. Macrob. sat.* I 5, 2.

tandem. A. = (tandem) aliquando, χρόνῳ, *ὀψέ ποτε:* milites . . . facile hostium phalangem perfregerunt; ea disiecta gladiis destrictis . . . impetum fecerunt. Gallis magno . . . erat impedimento quod pluribus eorum scutis . . . transfixis . . . (non) satis commode pugnare poterant, multi ut . . . praeoptarent . . . nudo corpore pugnare. tandem uulneribus defessi et pedem referre et . . . eo se recipere coeperunt: I 25, 5; pugnatum est diu atque acriter, cum Sotiates ⟨*c*⟩ . . . putarent, nostri autem quid . . . efficere possent perspici cuperent. tandem ⟨*f; edd. prim.;* tamen *X; Frig.;* tandem tamen *Scal.*⟩ confecti uulneribus hostes terga uerterunt ⟨*c*⟩: III 21, 1; itaque dies circiter XXV in eo loco commoratus, quod Corus ⟨*c*⟩ uentus nauigationem impediebat . . ., dabat operam, ut . . . omnia eius (Dumnorigis) consilia cognosceret ⟨*c*⟩; tandem idoneam nactus ⟨nact. idon. β⟩ tempestatem milites equitesque conscendere naues ⟨*c*⟩ iubet: V 7, 4; res disputatione ad mediam noctem perducitur; tandem dat Cotta permotus manus: superat sententia Sabini: V 31, 3; pugnatur una ⟨*c*⟩ omnibus in ⟨*c*⟩ partibus . . . . si qua in parte nostri laborare . . . uidebantur, eo signa inferri ⟨*o*⟩ Caesar . . . iubebat; quae res et hostes ad insequendum tardabat et nostros spe auxilii confirmabat. tandem Germani ab dextro latere summum iugum ⟨*CC*⟩ nacti ⟨*c*⟩ hostes loco depellunt: VII 67, 5; utrique in castra discedunt. postero die munitiones institutas Caesar parat perficere; illi uadum . . . temptare, si transire possent. qua re animaduersa Caesar Germanos . . . equitumque partem flumen traicit crebrasque in ripis custodias disponit. tandem omnibus rebus obsessi, quartum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquae, lignorum ⟨*c*⟩, frumenti inopia, conloquium ⟨*c*⟩ petunt: 1, 84, 1.

B. = ποτέ (in interrogat.): quod si furore atque amentia impulsus (Ariouistus) bellum intulisset, quid tandem uererentur? I 40, 4.

tango: haec ciuitas . . . magnas . . habet copias peditum Rhenumque, ut supra demonstrauimus, tangit: V 3, 1.

tantopere. (**A:** quanto opere ⟨quantopere β⟩ eorum animi magnitudinem admiraretur, quos ⟨*o*⟩ non castrorum munitiones, . . . non murus oppidi tardare potuisset, tanto opere licentiam adrogantiamque reprehendere, quod . . . existimarent: VII 52, 3.)

B.: Galliae totius ⟨*o*⟩ factiones esse duas: harum alterius principatum tenere Haeduos, alterius Aruernos. hi cum tantopere ⟨temere *Paul*⟩ de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse uti: I 31, 4.

tantulus: erat magni periculi res tantulis ⟨cum tantis β; *Schn.*⟩ copiis iniquo loco dimicare: V 49, 6; ¶ ex magna parte Morinorum . . . legati uenerunt, qui . . . se . . ea, quae imperasset, facturos pollicerentur ⟨*c*⟩. hoc ⟨*c*⟩ sibi Caesar ⟨*o*⟩ satis oportune accidisse arbitratus, quod neque post tergum hostem relinquere uolebat neque . . . has tantularum ⟨β; tantarum α⟩ rerum occupationes ⟨sibi *add.* β⟩ Britanniae anteponendas iudicabat: IV 22, 2; ¶ indignantes milites Caesar, quod conspectum suum hostes perferre ⟨*c*⟩ possent tantulo spatio interiecto, . . . edocet: VII 19, 4; ¶ quibusnam manibus aut quibus uiribus praesertim ⟨*o*⟩ homines tantulae ⟨tantolae M^1⟩ staturae — nam plerumque omnibus ⟨*CC*⟩ Gallis ⟨*c*⟩ prae magnitudine corporum suorum breuitas nostra contemptui est — tanti oneris turrim ⟨*c*⟩ in muro ⟨*c*⟩ sese conlocare *posse* confiderent? II 30, 4.

tantum *u.* **tantus** *extr.*

tantummodo: paulisper intermitterent proelium ac tantum modo tela missa exciperent: III 5, 3; huc iam *deduxerat rem, ut equites . . . possent atque auderent flumen transire, pedites uero tantum modo umeris ac summo pectore exstarent ⟨*c*⟩: 1, 62, 2.

tantundem: fossam . . . derectis lateribus duxit, ut eius fossae ⟨*om.* β⟩ solum ⟨*om. AQ*⟩ tantundem pateret, quantum summae ⟨*c*⟩ fossae ⟨*c*⟩ labra distarent ⟨*c*⟩: VII 72, 1; erat eo loco fossa pedum ⟨*c*⟩ XV et uallum contra hostem in altitudinem pedum X, tantundemque eius ualli agger in latitudinem ⟨altitud. *NOx*⟩ patebat: 3, 63, 1.

tantus. A. = tam magnus, tam multus; a) respondet quantus, *u.* **quantus A. a)** *p. 1310 sq. (12 (13) locis, except.* 3, 78, 2 (II 8, 3).).

